4 3534

6

ARS DONATI

QUAM

PAULUS DIACONUS

EXPOSUIT

NUNC PRIMUM EX COD. VATICANO-PALATINO 1746

MONACHI ARCHICOENOBII MONTIS CASINI

IN LUCEM PROFERUNT

EX TYPOGRAPHEO
ARCHICOENOBII MONTIS CASINI
M DCCC XCIX

FOROIULIENSIUM · CIVITATI

LAETITIA · GESTIENTI

OB

PAULI · DIACONI

DE · CIVILI · RELIGIOSOQUE · CONSORTIO

OPTIME · MERITI

UNDECIES · SAECULAREM · COMMEMORATIONEM

ARCHICOENOBIUM · CASINENSE

TANTI · FILII · LAETITIAE · GLORIAEQUE · COMPARTICEPS

NOVUM · HOCCE · TRIBUTUM

OPERIBUS · OMNIBUS · HISTORIOGRAPHI · POETAE

IN · UNUM · COLLIGENDIS

REVERENTI · ANIMO

OFFERT

KAL. SEPT. M DCCC XCIX.

PRAEFATIO

COGITANTI mihi superiore anno, quid utilius quidve aptius ad millenariam Pauli Diaconi commemorationem celebrandam, reipublicae litterariae gazophylacio conferrem, primo Hildericus Casinensis monachus et abbas obvius occurrit, cuius praeclara *Ars grammaticalis* adhuc inedita in codice Casinensi n. 299 signato, aetate auctori fere aequali, delitescit. Decebat enim ut iste Pauli Diaconi discipulus amantissimus, qui, ineunte saeculo nono, honorificum quidem epitaphium achrosticis versibus expressum [1]) super eius tumulum sculpendum curaverat, nunc quoque nova de sui magistri in arte grammaticali merita, ex occulto opere ipsius discipulus palam faceret quodammodo. Verum cum a Ludovico Traube, viro doctissimo atque humanissimo, hac de re consilium petiissem, certior ab eo factus sum, Pauli Diaconi *Commentarium in Donatum*, hucusque ineditum, in cod. Vaticano-Palatino 1746 adhuc exstare, quod quidem gratius utiliusque, hac nacta occasione, primum in lucem proferri posset [2]). Praetermisso igitur iam dicto Hilderici tractatu de

1) Achrosticon ita se habet: « PAULUS LAEVITA DOCTOR PRAECLARUS ET INSONS ».

2) En ipsius Traube verba in epistola nobis data die XV mensis Iunii 1898: « Ich möchte glauben, dass es richtigen wäre, erst die grammatische Arbeit des Paulus selbst, ich will nicht sagen zu veröffentlichen, aber zu erstliessen. Auch dies wäre ein passende

arte grammatica, quem secundo loco in eodem *Spicilegii Casinensis* volumine edituri sumus, nunc ipsius Pauli grammaticale opus, quod ex unico (quoad novimus) Vaticano exemplari descripsimus, typis mandare decrevimus.

Hinc nonnulla, quae ad codicis descriptionem necessario attinent, praemittenda sunt; deinde quae ad ipsius operis authenticitatem, fontes et naturam spectant, breviter edisseremus.

Licet codicis nostri Palatini lat. 1746 descriptio satis exacta iam saeculo praeterito ab Arevalo[1]) facta, accuratius deinde ab Augusto Wilmanns[2]) anno 1868 tradita sit, tamen operae pretium erit, ut nos quoque ante omnia quae in eodem codice continentur, fideliter exponamus.

Cod. Vaticano-Palat. 1746 membr. saec. VIIII; externum habet titulum manu recentiori exaratum *S. Augustini varia.*

(pag. 1) f. 1ª manu (fortasse saec. XV) super veterem scripturam legitur: « Codex s̄c̄i Nazarii in Laurissa » Ibid. AUGUSTINI ARTES GRAMMATICAE.

(pag. 21) f. 10ᵇ: « civibus aptites scenae. Explicit artes s̄c̄i Augustini feliciter ».

(pag. 23) f. 11ᵇ: IN NOMINE DOMINI INCIPIT REGULA AUGUSTINI EPISCOPI DE NOMINE ET ALIIS PARTIBUS ORATIONIS. « Omnia nomina XIII ».

(pag. 51) f. 26ª: « mille indeclinabile est »; *huius folii media pars lacerata fuit.*

(pag. 53) f. 27ª: INCIPIT ARS DONATI QUAM PAULUS DIACONUS EXPOSUIT. « Partes orationis quot ».

(pag. 80) f. 40ª: « si qua sunt similia ».

(pag. 81) f. 40ᵇ: INCIPIT S̄C̄I ISIDORI EPISCOPI DE GRAMMATICA ET PARTIBUS EIUS. « Disciplina a discendo ».

(pag. 117) f. 58ᵇ: « contra naturam sunt ».

Thema für die "Commemorazione del centenario di Paolo Diacono." Ich spreche von dem Kommentar des Paulus zum Donat in Codex Rom. Vatic. Palatin. 1746 saec. IX (vgl. TRAUBE, *Textgeschichte der Regula S. Benedicti*, pag. 128) ».

1) *Isidorianorum*, vol. II, pag. 370 (G. MIGNE, *Patrol. lat.*, vol. LXXXI, col. 879).

2) *Rheinisches Museum für Philologie*, t. XXII (1868).

(pag. 118) f. 59^{a}: « Dinamius grammaticus ad discipulum suum ait: O quam dolenda ».

(pag. 143) f. 71^{b}: « modo postposita coniungi ».

(pag. 144) f. 72^{a}: « Quot sillabas sibi vendicat arsis et thesis? Tonos alii accentus, alii tenores nominant ».

(pag. 155) f. 77^{b}: « quia de multis libris abscisae sententiae ibi sunt positae. Explicit tractatus primus »;

(pag. 156) f. 78^{a}: De barbarismo. « Barbarismus est una pars orationis vitiosa ».

(pag. 163) f. 86^{b}: « Christus de Herode dixit: vulpi illi ».

(pag. 164) f. 87^{a}: Item Iuliani episcopi Toletani de littera. « Partes grammaticae artis quot sunt? »

(pag. 207) f. 98^{b}: « da eius exemplum. "Volens ecce gerens arma ruitque laetus" ».

(pag. 208) f. 99^{a}: Incipit Ars Alcuini. « Partes orationis secundum ».

(pag. 252) f. 126^{a}: « pete petere, indue induere ».

(pag. 253) f. 126^{b}: Ars Iuliani Toletani episcopi. « Partes orationis quot sunt? »

(pag. 304) f. 152^{a}: « partis ipsius istius pertinent ».

(pag. 305) f. 152^{b}: « Vita sanctorum Deus angelorum – iugiter aevo ».

(pag. 306) f. 153^{a}: Incipit Ars Asperi de octo partibus orationis. « Partes orationis sunt octo ».

(pag. 313) f. 161^{b}: « tanquam Luguduno vel Augustuduno et his similia ».

(pag. 314) f. 161^{b}: Ars domini Bonifacii archiepiscopi et martyris. « Partes orationis primus Aristotelis ».

(pag. 368) f. 184^{a}: « mutatur et in .r. et alterinsecus ».

(pag. 369) f. 184^{b}: *Verba prorsus illegibilia exhibet.*

Iamvero quoad aetatem eidem codici adsignandam, ipsa primaeva forma carolinae scripturae, quam suis quisque oculis ex phototypica tabula huic adnexa investigare potest, initium saeculi noni pro certo indicare videtur. Patriam vero eiusdem Galliam fuisse, ex pluribus tum orthographiae tum palaiographiae indiciis, necnon ex ipsa codicis et operis gallica origine, facile suademur. Eius orthographia, ceterum plerumque correcta, non caret quibusdam indiciis, quibus, et ama-

nuensis ignorantia, et correctoris neglegentia dignoscatur. Sic haud infrequenter occurrunt omissiones vel additiones litterae m finalis, item usus litterae e pro i, ex gr. accedunt, accedit, pro accidunt, accidit, itemque litterae e pro ae, quin tamen semper corrigantur.

Ut autem plura alia omittam quae suis locis adnotavi, certe correctoris neglegentiam arguunt exempla quae hic recensemus, videlicet:

pag. 66: *in titulo*: DE VERBUM
" 67: quod *pro* quot (bis)
" 75: copolativas *pro* copulativas
" 78: *in titulo*: DE PROPOSITIO.
" 78: ergo *pro* erga
" 78: puebetenus *pro* pubetenus
" 79: recupio *pro* recipio
" 79: theu *pro* heu (quae tamen fortasse gallicanam vel longobardicam pronunciandi rationem evincit).

Error tamen maximus occurrit (pag. 73), ubi interrupta coniugatione thematis verbi *legor*, nescio quo casu, aliud thema ex verbo *doceor* iam superius expressum intermiscetur (pag. 71). Ibi tamen ipse amanuensis, nonnullis lineis falso illo themate exaratis, statim correxisse perhibetur hoc modo: « et plurale cum (do)cti fuerimus, lecti fueritis, fuerint » etc.

Siglae vero praecipuae, quae, breviandi causa, a nostro amanuensi adhibentur, sunt sequentes:

⁊ = et.
abl = ablativus, o, um.
ac̄ *et* ac̄c̄ = accusativus, o, um.
dāt = dativus, o, um.
decl = declinantur.
gēn = genetivus, o, um.
nom̄ = nominativus, o, um.
nomi = nominativi.
vōc *et* vō = vocativus, o, um.

votī = vocativi.
imp̄ruo et imp̄ro = imperativo.
inpsoli = inpersonali.
plur̄ = pluraliter.
plrm = pluralem.
p̄ti = praesenti.
pri̅ = primae.
produc̄ = productum, am, ae.
pto et pl p = praeterito et plusquam perfecto.
poso̅ = positivo.
qua appt = quapropter.
ulteri̅ *et* ult̄ = ulteriori.

Restat ut de operis authenticitate, fontibus atque natura aliquid saltem per summa capita attingamus.

Non enim nos latet nonnullis, inter quos Bethmanno [1]), dubium aliquod subortum esse, utrum vere Paulo Diacono assignari debeat hoc opus, an potius alii. Attamen nobis, re bene perpensa, nullum est dubium quin eidem adscribi possit ac debeat. Rationum vero momenta tum extrinseca cum intrinseca, quibus ad id admittendum compellimur, recensemus:

1) Ipsius codicis Vat. Pal. antiquitas, in quo Pauli nominis inscriptionem auctori fere coaevam esse, iam supra diximus;

2) Vetus Catalogus bibliothecae monasterii Laureshamensis in Gallia, apud Mai [2]), in quo huius ipsius codicis aperta mentio fit his verbis: « Ars grammatica sci̅ Augustini. Item Pauli Diaconi ad Carolum regem ». Quae quidem verba ad cod. Vat. Pal. 1746 absque dubio referri, inter ceteros, clarissimi quoque viri Waitzius [3]) et Dümmlerus [4]) ultro

1) Cf. *Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde*, vol. X (a. 1851), pag. 319.

2) *Spicilegium Rom.* to. V, pag. 19. Hunc Catalogum repetiverunt Wilmanns, l. c. et G. Becker, *Catalogi bibliothecarum antiqui*, Bonnae, 1885. (Cf. ibi, pag. 110, n. 417).

3) Cf. Praef. ad Pauli *Hist. Langob.* in *Monum. Germ.*

4) Cf. Prooemium ad *Carmina Pauli Diaconi* in *Mon. Germ.*, *Poelae carolini aevi*, tom. I, pag. 29.

fatentur, cum tradunt Paulum Diaconum, fortasse iubente Carolo Magno, hanc Artem grammaticam composuisse. Ceterum non sine causa tam frequenter apud scriptores Paulus antonomastice grammaticus appellatur [1]). Immo et alia eius opera ad glossaria et orthographiam spectantia id facile persuadent.

Quod si eiusdem operis indicia quoque interna perscrutemur, nostra quidem sententia, non desunt nova argumenta quibus genuinum hunc esse Pauli Diaconi foetum agnoscamus. Huiusmodi porro sunt:

a) Quae de sanctissimo nomine Iesu (pag. 10) inseruntur, necnon mutatio nominum « scamnum et Musa et sacerdos », apud Donatum, in « templum, ecclesia, fidelis » (pag. 2-3); item nomina « monasterium, haereses » aliaque similia ad exempla declinationum selecta; itemque (pag. 26) mutatio adverbiorum iurandi qui apud Donatum sunt « edepol, ecastor, hercle, medius fidius », in « vere, veraciter ».

b) Inter nomina propria civitatum feminina in us « Beneventus » inseritur (pag. 6), item « Niceta » (certe Aquileiensis) inter propria hominum nomina (pag. 4) occurrit. Citatur etiam Iuvencus (pag. 8).

c) Subolemus etiam nonnulla exstare in hoc Commentario quae Festum sapiunt: ex. gr. vox « manceps mancipis » (pag. 8).

d) Denique, quod maius est, affinitatem quandam inter Petri grammatici *Excerpta* apud Hagen [2]) et nostrum auctorem intercedere deprehendimus. Quod facile quisque sibi persua-

---

1) Cf. ex. gr. Epistolam papae Hadriani I ad Carolum M. (a. 784-791) in qua haec habentur: « . . . . . De Sacramentorio (*sic*) vero a sancto disposito praedecessori nostro deifluo Gregorio papa; immixtum vobis emitteremus, iam pridem Paulus grammaticus a nobis eum pro vobis petente secundum sanctae nostrae Ecclesiae traditionem, per Iohannem monachum atque abbatem civitatis Ravennatium vestrae regali emisimus excellentiae ».

2) *Anecdota Helvetica*, Lipsiae, 1870, apud KEILII *Grammat. lat. Supplementum*, pag. 159 et seqq.

dere poterit ex duobus locis, quos, inter se invicem collatos, heic lectoribus exhibemus.

I.

Ex Pauli Diaconi

Comm. Donati (pag. 4).

Habet ergo primae declinationis nominativus litteras quidem terminales tres a s m, terminationes vero quattuor a as es em. A ut poeta, as ut Aeneas, es ut Priamides, am ut Adam.

Excerpta Petri grammatici.

(Hagen, *Anecdota Helvetica*, Lipsiae, 1870, pag. 164).

Prima declinatio tribus litteris terminalibus finitur: a s et m, et septem syllabis finalibus terminatur: ta, ut poeta; sa, ut Musa; am, ut Adam, Abraham; cha, ut Pascha; na, ut manna; as, ut Aeneas; es, ut Anchises, et si forte amplius potuerint inveniri, non contradicimus. Has nos posuimus, sicut a viris eruditissimis manet conpertum.

II.

Ibid. (pag. 4).

Pari modo etiam inflectuntur et propria hominum nomina, ut Niceta, Aquila, Galba, Tucca, Fenestella, Columella, Ormisda, Totila et multa similia..... Item similiter hominum seu civitatum nomina, ut Sarra, Rebecca, Maria, Cecilia, Roma, Colonia, Ravenna et similia.

Ibid. (pag. 163, l. 30).

...sunt propria huius declinationis masculini generis, ut Nerva, Galba, Aquila, qui fuit orator, Tucca et multa alia. Femininum ut Musa, terra, herba, stella et reliqua; feminina vero propria huius declinationis inveniuntur, ut luna, Roma, Pisa, Mantua, Cremona et reliqua similia.

Iamvero laudatus editor Hagen, qui plura de Petro grammatico docte et erudite disseruit, nonnisi haec de eo affirmare potuit: « Quibus denique temporibus vixerit Petrus, et librorum saeculo IX vel. X scriptorum aetate et hinc colligi potest, quod in prooemio Virgilii Maronis grammatici mentionem fecit, quam non fuisset facturus si multo post Karoli Magni et Alcuini tempora vixisset. Itaque quia morem illum ab ineuntis praesertim medii aevi grammaticis

saepissime usurpatum et ipse secutus est, ut opus suum versibus distichica ratione compositis commendaret, octavo vel nono saeculo ineunte eum vixisse coniecerim ». Huic doctissimi viri coniecturae liceat et mihi alteram quoque addere, qua innuimus, hunc Petrum grammaticum vere Petrum illum Pisanum probabiliter fuisse, qui et amicus et sodalis Pauli nostri in Caroli Magni aula ab historia perhibetur. Hoc praesertim ex loco superius allato (n. II), in quo urbs natalis Pisa nominatur, coniicimus, itemque ex disticis quae eius *Excerptis* ab editore praemittuntur (pag. 159): qui, utinam, pro paucis excerptis, integrum Petri *Commentarium in Donatum* nobis suppeditasset! Plura fortasse aliaque evidentiora indicia ad nostram coniecturam confirmandam inde hauriremus.

De fontibus unde Paulus noster in Donati expositione componenda hauserit, haec pauca quae nobis innotuerunt colligimus, maiora aliis doctioribus inquirenda relinquentes. Praeter Donati *Artem minorem* certe etiam *Artem maiorem* auctori nostro innotuisse, ex pag. 1 liquet: item quoad Prisciani *Institutionem grammaticalem* lib. VII, ex pag. 8; de Diomede [1]) vero et Charisio sufficiunt ea quae (pag. 13 et 18) adnotavimus. Hoc autem affirmare non ambigimus, licet in toto hoc Commentario ne unus quidem ex grammaticis auctoribus nominetur.

Nemo tamen hac de re miretur, nec Paulum nostrum veluti ignobilem quendam plagiarium contemnendum aut damnandum putet, quasi aliena merce ditescere cupiverit.

Ita enim aliorum auctorum operibus usus est, ut *Donati Artem* quam fideliter et integre descripsit de suo potius amplificaret atque exornaret.

---

1) Fortasse etiam thema declinationis « templum » (pag. 2) ex eodem Diomede, op. cit., pag. 301, depromptum fuit.

Hinc est quod, more apis industris, huc illuc in grammaticorum prata pervolans, melle suum dulce composuit. Plura enim quae praesertim a Prisciano et Diomede deprompsit novo lucidiore ordine disposuit, nonnulla correxit aut etiam de industria praetermisit. Ceterum non universam artis grammaticae provinciam, sed compendium aliquod brevi se voluisse comprehendere quisque videt. Laudandus quoque est, quod nova etiam attulerit paradigmata, et exempla valde opportuna.

Iam antequam finem huic Praefationi imponam, aliquid etiam de huius operis occasione et causa dicendum est. Cum enim, auspice Carolo Magno, in Francorum regno, neglectis antea litterarum ac bonarum artium studiis, nova sedes novumque praesidium collocaretur, ad grammaticam praesertim disciplinam instaurandam providus rex totus intendit.

Hinc factum est, ut undique doctissimis hac in disciplina viris advocatis, scholis primum in regio palatio, deinde in monasteriis et sedibus episcoporum institutis, cum omnis liberalis institutio, tum latinae linguae scientia egregie aucta est.

Proinde etiam facile explicari potest, cur fere omnes docti viri qui a Carolo in regium palatium vocati sunt, aliquid de arte grammatica speciale opus scriptum reliquerint, ut ex. gr. Alcuinus, Petrus Pisanus et Paulus Diaconus.

Non ita tamen explicari potest atque excusari, cur hoc Pauli *Commentarium in Donatum* nondum hucusque luce dignum habitum sit, ut inter ceteros grammaticos suum locum possideret.

Certe neque Bethmann[1]), neque Augustus Wilmanns[2]),

---

1) Cf. *Archivium Pertzii*, vol. XII, 1874, pag. 355, ubi haec scribit: « Cod. 1746 (S. Nazarii) s. IX Donati Ars exposita a Paulo Diacono ».

2) Cf. *Rheinisches Museum*, l. c., ubi de hoc Pauli opere hoc iudicium profert: « ist Donati Ars minor ». (*Grammatici lat.*, vol. IV, pag. 355-366).

neque Keilius[1]), neque eius eruditus continuator Hagen[2]), huius operis praestantiam agnovisse dicendi sunt. Quoad nos pertinet, in hoc opere edendo fecimus quod potuimus, non certe quod debuimus. Hoc unum rogamus, ut si quid minus dignum tanti viri in hac parte egimus aut scripsimus, non malevolo quidem animo, sed potius tenuitati nostrae adscribatur.

Dabam Montiscasini Kal. Septembribus M DCCC XCI.

AMBROSIUS MARIA AMELLI
Monachus Casinensis.

---

1) Keilius fortasse saltem bonam habuisse intentionem huius operis edendi, exinde colligitur quod frustra idem inter Vaticanos codices quaesivisse, ut ipse Waitzio scribens, confessus est (cf. *Mon. Germ.*, ad *Hist. Lang.* Praefationem).

2) Cf. *Anecdota Helvetica*, in qua ne verbum quidem de hac Pauli expositione in Donatum occurrit.

INCIPIT ARS DONATI QUAM PAULUS DIAC EXPOSUIT:

PARTES ORATIONIS QUOT SUNT? OCTO. QUAE? NO
MEN PRONOMEN UERBUM ADUERBIUM PARTI
CIPIUM CONIUNCTIO PRAEPOSITIO INTERIECTIO
Nomen quid est? pars orationis cum casu corpus aut rem proprie
communiterue significans. proprie ut roma tiberis. Communiter ut
urbs flumen. Nomini quot accedunt? sex. Quae? qualitas conparatio
genus numerus figura casus. Qualitas nominum in quo est? bipertita e
Aut enim unius nomen est & proprium dicitur. Aut multorum & appella
tiuum. Conparationis gradus quot sunt? tres. Qui? positiuus ut doctus
conparatiuus ut doctior. superlatiuus ut doctissimus. Quae nomina con
parantur? Appellatiua dumtaxat qualitatem aut quantitatem significan
tia. Qualitatem ut bonus melior optimus. malus peior pessimus. Quanti
tatem ut magnus maior maximus. breuis breuior breuissimus & haec dicun
tur anomala quia non seruant ordinem gradus sui. Conparatiuus gra
dus cui casui seruit? Ablatiuo sine praepositione. Dicimus enim doctior
illo. Superlatiuus cui? genetiuo tantum plurali. Dicimus enim doctissimus
poetarum. Genera nominum quot sunt? quattuor. quae? masculinum ut
hic magister. femininum ut haec musa. neutrum ut hoc templum. Commu
ne ut hic & haec fidelis. Est praeterea trium generum quod omne dicitur.
ut hic & haec & hoc felix. Est & epicenon quod promiscuum dicitur ut pas
ser. aquila. mustela. miluus. Numeri nominum quot sunt? Duo. Qui?
singularis ut hic magister. pluralis ut hi magistri. Figurae nominum
quot sunt? Duae. Quae? simplex & conposita. Simplex ut decens potens
conposita ut indecens inpotens. Quot modis nomina conponuntur? Quat
tuor. Quibus? Ex duobus integris ut suburbanus. Ex duobus corruptis ut
efficax municeps. Ex integro & corrupto ut insulsus. Ex corrupto & inte
gro ut nugigerulus. Ex conpluribus ut inexpugnabilis inperterritus.
Casus nominum quot sunt? sex. Qui? Nominatiuus genetiuus dati
uus accusatiuus uocatiuus ablatiuus. per hos omnium generum
nomina pronomina participia declinantur hoc modo. Magister no
men appellatiuum generis masculini numeri singularis figurae simpli
cis casus nominatiui & uocatiui quod declinabitur sic. Nominatiuo hic magister
Genetiuo huius magistri Datiuo huic magistro Accusatiuo hunc magistrum Uocatiuo
o magister Ablatiuo ab hoc magistro. Et pluraliter Nominatiuo hi magistri Genetiuo
horum magistrorum Datiuo his magistris Accusatiuo hos magistros Uocatiuo o magistri

INCIPIT ARS DONATI

QUAM

PAULUS DIACONUS EXPOSUIT

(Ex cod. Vat. Palat. 1746, p. 53)

Discipulus. PARTES ORATIONIS QUOT SUNT? Magister. OCTO. D. QUAE? M. NOMEN. PRONOMEN. VERBUM. ADVERBIUM. PARTICIPIUM. CONIUNCTIO. PRAEPOSITIO. INTERIECTIO.

Nomen quid est? Pars orationis cum casu corpus aut rem proprie communiterve significans. *Proprie, ut Roma Tiberis; communiter, ut urbs flumen* [1]).

Nomini quot accedunt?[a] Sex.

Quae? Qualitas, conparatio, genus, numerus, figura, casus.

Qualitas nominum in quo est? Bipertita est. Aut enim unius nomen est et proprium dicitur, aut multorum et appellativum.

Conparationis gradus quot sunt? Tres.

Qui? Positivus, ut doctus; conparativus, ut doctior; superlativus, ut doctissimus.

Quae nomina conparantur? Appellativa dumtaxat qualitatem aut quantitatem significantia; *qualitatem, ut bonus melior optimus, malus peior pessimus; quantitatem, ut magnus maior maximus, brevis brevior brevissimus; et haec dicuntur anomala, quia non servant ordinem gradus sui.*

(a) *Donatus* accidunt

Monitum. — Verba charactere italico (*cursivo*) descripta, Pauli expositionem designant, caetera vero genuinum textum Donati repraesentant.

1) Proprie - flumen] Haec verba Paulus ex DONATI *Arte maiori* deprompsit. Cf. KEIL, *Grammatici latini,* vol. IV, p. 373.

Conparativus gradus cui casui servit? Ablativo sine praepositione: dicimus enim « doctior illo ».

Superlativus cui? Genetivo [a] tantum plurali: dicimus enim « doctissimus poetarum ».

Genera nominum quot sunt? Quattuor.

Quae? Masculinum, ut hic magister; femininum, ut haec Musa; neutrum, ut *hoc templum*; commune, ut hic et haec fidelis. Est praeterea trium generum, *quod omne* [b] *dicitur*, ut hic et haec et hoc felix. Est et *epicenon quod promiscuum dicitur* [c], ut passer aquila *mustela milvus* [d].

Numeri nominum quot sunt? Duo.

Qui? Singularis, ut hic magister; pluralis, ut hii magistri.

Figurae nominum quot sunt? Duae.

Quae? Simplex et conposita. Simplex, ut decens potens. Conposita, ut indecens inpotens.

Quot [e] modis nomina conponuntur? Quattuor.

Quibus? Ex duobus integris, ut suburbanus; ex duobus corruptis, ut efficax municeps; ex integro et corrupto, ut insulsus; ex corrupto et integro, ut nugigerolus; ex conpluribus, ut inexpugnabilis inperterritus.

Casus nominum quot sunt? Sex.

Qui? Nominativus, genitivus, dativus, accusativus, vocativus, ablativus; per hos omnium generum nomina, pronomina, participia declinantur hoc modo.

Magister nomen appellativum generis masculini numeri singularis figurae simplicis casus nominativi et vocativi, quod declinabitur sic: Nominativo hic magister, Genetivo huius magistri, Dativo huic magistro, Accusativo hunc magistrum, *Vocativo o magister*, Ablativo ab hoc magistro. Et pluraliter: Nominativo hii magistri, Genetivo horum magistrorum, p. 54 Dativo his magistris, Accusativo hos magistros, Vocativo o magistri,‖ Ablativo ab his magistris. *Ecclesia* [f] nomen appellativum generis feminini numeri singularis figurae simplicis casus nominativi et vocativi, quod declinabitur sic: Nominativo haec ecclesia, Genetivo huius ecclesiae, Dativo huic ecclesiae, Accusativo hanc ecclesiam, Vocativo o ecclesia, Ablativo ab hac ecclesia. Et pluraliter: Nominativo hae ecclesiae, Genetivo harum ecclesiarum, Dativo his ecclesiis, Accusativo has ecclesias, Vocativo o ecclesiae, Ablativo ab his ecclesiis. *Templum* [g] nomen appellativum generis neutri numeri singularis figurae simplicis casus nominativi accusativi et vocativi, quod decli-

(a) *Coaeva manus corr.* genitivus (b) *Fortasse legendum:* omne genus; *cfr. infra p. 4, r. 27.* (c) *Donatus* epicoenon, idest promiscuum (d) *In Donati codice Leidensi (L) a manu altera eadem verba adduntur.* (e) *Donatus apud Keil falso* quibus (f) *Don.* Musa (g) *Don.* scamnum

nabitur sic: Nominativo hoc templum, Genetivo huius templi, Dativo huic templo, Accusativo hoc templum, Vocativo o templum, Ablativo ab hoc templo. Et pluraliter: Nominativo haec templa, Genetivo horum templorum, Dativo his templis, Accusativo haec templa, Vocativo o templa, Ablativo ab his templis. *Fidelis*[a] nomen appellativum generis communis numeri singularis figurae simplicis casus nominativi et vocativi, quod declinabitur sic: Nominativo hic et haec fidelis, Genetivo huius fidelis, Dativo huic fideli, Accusativo hunc et hanc fidelem, Vocativo o fidelis, Ablativo ab hoc et ab hac fideli. Et pluraliter: Nominativo hii et hae fideles, Genetivo horum et harum fidelium, Dativo his fidelibus, Accusativo hos et has fideles, Vocativo o fideles, Ablativo ab his fidelibus. *Nomen communis generis quod is terminatur facit ex se neutrum in e desinens*[b] *sicut et hoc ipsum fidelis facit ex se fidele, quod declinatur sic: Nominativo hoc fidele, Genetivo huius fidelis, Dativo huic fideli, Accusativo hoc fidele, Vocativo o fidele, Ablativo ab hoc fideli. Et pluraliter: Nominativo haec fidelia, Genetivo horum fidelium, Dativo his fidelibus, Accusativo haec fidelia, Vocativo o fidelia, Ablativo ab his fidelibus.*

Felix nomen appellativum generis *communis*[c] numeri singularis figurae simplicis casus nominativi *accusativi* et vocativi, quod declinabitur sic: Nominativo hic et haec et hoc felix, Genetivo huius felicis, Dativo huic felici, Accusativo hunc et hanc felicem et hoc felix, Vocativo o felix, Ablativo ab hoc et ab hac et ab hoc felice vel felici. Et pluraliter: Nominativo hi et hae felices et haec felicia, Genetivo horum et harum et horum felicium, Dativo his felicibus, Accusativo hos et has felices et haec felicia, Vocativo o felices et o felicia, Ablativo ab his felicibus.

Fructus nomen appellativum generis masculini numeri singularis figurae simplicis casus nominativi et vocativi, quod declinabitur sic: Nominativo hic fructus, Genetivo huius fructus, Dativo huic fructui[d]*, Accusativo hunc fructum, Vocativo o fructus, Ablativo ab hoc fructu. Et pluraliter: Nominativo hii fructus, Genetivo horum fructuum*[e]*, Dativo his fructibus, Accusativo hos fructus, Vocativo o fructus, Ablativo ab his fructibus.*

Species nomen appellativum generis feminini numeri singularis figurae simplicis casus nominativi et vocativi, quod declinabitur sic: Nominativo haec species, Genetivo huius speciei, Dativo huic speciei, Accusativo hanc speciem, Vocativo o species, Ablativo ab hac specie. Et pluraliter: Nominativo hae species, Genetivo harum specierum, Dativo his speciebus, Accusativo has species, Vocativo o species, Ablativo ab his speciebus.

(a) *Don.* sacerdos (b) desinens] *Cod.* in edes nens (c) *Don. apud Keil* omnis (d) *Cod.* fructu
(e) *Cod.* fructum

Quaecunque nomina ablativo casu singulari a vel o fuerint terminata genetivum pluralem in quid[a] mittunt? In rum, ‖ dativum et ablativum in is, *ut hac ecclesia harum ecclesiarum his et ab his ecclesiis, ut ab hoc magistro horum magistrorum his et ab his magistris.*

p. 55

Quaecunque nomina ablativo casu singulari e vel i vel u fuerint terminata genetivum pluralem in quid mittunt? Si e correpta fuerint, in um, *ut ab hoc patre horum patrum;* si producta, in rum, *ut ab hac specie harum specierum;* si i fuerit, in ium[b], *ut ab hoc fideli horum fidelium;* si u, in uum geminata u littera, *ut ab hoc fructu horum fructuum.*

Dativum et ablativum in quid mittunt? In bus omnia, *ut his et ab his patribus speciebus fidelibus fructibus.*

Omnia [1]) *nomina*[c] *quibus latina utitur eloquentia, sive hebraica vel graeca quae ad latinitatem veniunt, quinque declinationibus inflectuntur, quae ordinationem acceperunt ab ordine vocalium formantium genetivum. Prima igitur est declinatio, quae genetivum casum singularem in æ diptongon mittit, ut haec ecclesia huius ecclesiae, et est producta. Secunda, est quae genetivum in i mittit, ut hic magister huius magistri, et est producta. Tertia, est quae in is, ut hic pater huius patris, et est correpta. Quarta, est quae in us, ut hic fructus huius fructus, et est producta. Quinta, est quae in ei, ut haec species huius speciei, et est producta.*

[*I.*] *Habet ergo primae declinationis nominativus litteras quidem terminales tres* [d] *a s m, terminationes vero quattuor*[e] *a as es am. A ut poëta, as ut Aeneas, es ut Priamides, am ut Adam. Inveniuntur autem in prima declinatione genera quattuor, idest, masculinum, ut hic poëta, femininum, ut haec aqua, neutrum, ut hoc pascha, commune, ut hic et haec collega. Adiciunt quidam, et omne genus, ut hic et haec et hoc advena, promiscuum, ut aquila. Item declinatio generis masculini: Nominativo hic poëta, Genetivo huius poëtae, Dativo huic poëtae, Accusativo hunc poëtam, Vocativo o poëta, Ablativo ab hoc poëta. Et pluraliter: Nominativo hii poëtae, Genetivo horum poëtarum, Dativo his poëtis, Accusativo hos poëtas, Vocativo o poëtae, Ablativo ab his poëtis. Similiter declinantur auriga pruveta*[f] *nauta scurra lixa sophista tympanista citharista athleta cornula* [g] *patriarcha levita* [*pro propheta*][h] *psalmista exorcista et his similia. Pari modo etiam inflectuntur et propria hominum nomina, ut Niceta Aquila Galba Tucca Fenestella Columella Ormisda Totila et multa similia. Scien-*

(a) in quid] *Cod.* inquid *et ita passim.* (b) *Cod.* i um (c) *Cod.* nomen a (d) *Priscianus* duas, a et s (e) *Prisc.* tres, a as es productam (f) prureta] *Haec vox deest apud Forcell.* (g) cornula] *Deest apud Forcell.* (h) pro propheta] *Haec verba ab eadem manu superposita sunt.*

1) Hic nonnulla ex Prisciani *Institutione de nomine, pronomine et verbo* deprompta sunt. Cf. apud Keil, *Grammatici latini*, vol. III, p. 443.

dum est sane, quia poëta facit femininum poëtria, sophista sophistria, tympanista tympanistria, propheta prophetissa. Item generis feminini: Nominativo haec aqua, Genetivo huius aquae, Dativo huic aquae, Accusativo hanc aquam, Vocativo o aqua, Ablativo ab hac aqua. Et pluraliter: Nominativo hae aquae, Genetivo harum aquarum,‖ Dativo his aquis, Accusativo p. 56 *has aquas, Vocativo o aquae, Ablativo ab his aquis. Similiter declinantur nimpha limpha virga terra pedisequa coaera et multa similia. Similiter declinantur et pluralitate carentia, ut sapientia prudentia grammatica rethorica dialectica et similia. Item similiter hominum seu civitatum nomina, ut Sarra Rebecca Maria Cecilia Roma Ravenna Colonia et similia. Item generis neutri: Nominativo hoc pascha, Genetivo huius paschae, Dativo huic paschae, Accusativo hoc pascha, Vocativo o pascha, Ablativo ab hoc pascha. Similiter declinantur et si qua repeniuntur similia. Item generis communis: Nominativo hic et haec collega, Genetivo huius collegae, Dativo huic collegae, Accusativo hunc et hanc collegam, Vocativo o collega, Ablativo ab hoc vel ab hac collega. Et pluraliter: Nominativo hii et hae collegae, Genetivo horum et harum collegarum, Dativo his collegis, Accusativo hos et has collegas, Vocativo o collega, Ablativo ab his collegis* (a). *Similiter declinabitur adsecla varola transfuga perfuga refuga ruricola fluricola monticola fonticola selvicola deicola sepicola terrigena sebigena et multa similia. Ad superiorum etiam femininorum similitudinem declinantur et promiscua, ut aquila pica rana mustela anguilla perca* (b) *et multa similia. Sciendum autem est, quia anima filia dea equa mula asina dativum et ablativum plurale is contra hanc regulam non in is sed in bus mittunt, ut animabus filiabus deabus equabus mulabus asinabus, ne si animis dixerimus, animos non animas significare videamur. Similiter si filiis, diis equis mulis asinis dixerimus, mares non feminas significare videamur. Item genetivus masculini qualitatis propriae: Nominativo hic Aeneas, Genetivo huius Aeneae, Dativo huic Aeneae, Accusativo hunc Aenean, Vocativo o Aeneas, Ablativo ab hoc Aenea. Sic declinantur Lysias Antas Iudas Ezechias Iosuas* (c) *Esaias Andreas Lucas et multa similia. Item genetivus masculini qualitatis appellative: Nominativo hic Priamides, Genetivo huius Priamide, Dativo huic Priamidi* (d), *Accusativo hunc Priamiden, Vocativo o Priamides, Ablativo ab hoc Priamide. Et pluraliter: Nominativo hii Priamide, Genetivo horum Priamidarum, Dativo his Priamidis, Accusativo hos Priamides, Vocativo o Priamide, Ablativo ab his Priamidis. Similiter declinantur Dardanides Thesides Hiliades* (e) *et multa similia patronimica. Item propria, ut Anchises et si qua sunt similia. Item generis... in am*

(a) *Cod.* collegii (b) perca] *Sic interpretamur siglam cod.* pca (c) *Fortasse legendum* Ionas *vel* Iosias
(d) *Cod.* Priamide (e) *Forte leg.* Iliades

qualitatis propriae: Nominativo hic... Adam, Genetivo huius Ade, Dativo huic Adae, Accusativo hunc Adam, Vocativo o Adam, Ablativo ab hoc Adam. Similiter declinantur masculini generis Matusalam Abraham et si qua sunt similia.

[II.] Secunda declinatio terminales litteras habet tres, terminationes vero sex er ir ur us eus um; er ut sacer, ir ut vir, ur ut satur, us ut doctus, eus ut Tideus, um ut templum. Inveniuntur autem in secunda declinatione genera tria, masculinum, ut hic doctus, femininum, ut haec ‖ p. 57 *caedrus, neutrum, ut hoc scamnum, promiscuum, ut*[a] *caefalus. Item declinatio earum quae in er exeunt: Nominativo hic sacer, Genetivo huius sacri, Dativo huic sacro, Accusativo hunc sacrum, Vocativo o sacer, Ablativo ab hoc sacro. Et pluraliter: Nominativo hii sacri, Genetivo horum sacrorum, Dativo his sacris, Accusativo hos sacros, Vocativo o sacri, Ablativo ab his sacris. Similiter declinantur puer socer gener cancer liber culter tener aliger corniger pestifer et similia. Pari etiam modo*[b] *multa et propria hominum nomina, ut Alexander Menander et similia. Item in ir generis masculini: Nominativo hic vir, Genetivo huius viri, Dativo huic viro, Accusativo hunc virum, Vocativo o vir, Ablativo ab hoc viro. Et pluraliter: Nominativo hii viri, Genetivo horum virorum, Dativo his viris, Accusativo hos viros, Vocativo o viri, Ablativo ab his viris. Similiter declinantur Trevir duumvir triumvir decimvir. Pari etiam modo declinantur et satur in reliquis casibus excepto nominativo. Item in us: Nominativo hic doctus, Genetivo huius docti, Dativo huic docto, Accusativo hunc doctum, Vocativo o docte, Ablativo ab hoc docto. Et pluraliter: Nominativo hii docti, Genetivo horum doctorum, Dativo his doctis, Accusativo hos doctos, Vocativo o docti, Ablativo ab his doctis. Similiter declinantur bonus malus magnus parvus albus candidus divinus humanus purus populus iustus dignus et similia. Item generis feminini: Nominativo haec caedrus, Genetivo huius caedri, Dativo huic caedro, Accusativo hanc caedrum, Vocativo o caedrus, Ablativo ab hac caedro. Et pluraliter: Nominativo hae caedri, Genetivo harum caedrorum, Dativo his caedris, Accusativo has caedros, Vocativo o caedri, Ablativo ab his caedris. Similiter declinantur cupressus, myrtus populus fraxinus arbutus fagus pirus persicus mespilus et multa similia arborum nomina. Item propria feminina, ut Tyrus Cyprus Beneventus Aegyptus et multa similia civitatum nomina. Excipiuntur quinque nomina, quae tam quartae quam secundae inveniuntur declinationis, ut quercus laurus pinus cornus ficus. Penus vero et specus, tam masculini quam feminini et neutri generis inveniuntur. Invenitur quoque et secundae et tertiae et quartae declinationis, ut hic et haec penus huius peni, et hoc*

(a) *Supple* hic et haec (b) *Cod. om.* modo

penus penoris, et hoc penum peni, huius penus. Similiter hic et haec specus huius specus, et hoc specus huius specoris, et hoc specu huius specu. Item in ea quae in eus desinent tantum graeca sunt et propria, et sic declinantur: Nominativo hic Tideus, Genetivo huius Tidei, Dativo huic Tideo, Accusativo hunc Tideum et hunc Tidea, Vocativo o Tidee vel Tideu, Ablativo ab hoc Tideo. Similiter declinantur Orfeus Antheus Mnesteus Bartholomeus Mattheus Datheus et similia. Quae omnia accusativum et vocativum dupliciter, ut praemissum est, efferuntur. Item quae in um terminantur: Nominativo hoc monasterium, Genetivo huius monasterii, Dativo huic monasterio, Accusativo hoc monasterium, Vocativo o monasterium, Ablativo ab hoc monasterio. Et plurale habet: Nominativo monasteria, Genetivo horum monasteriorum, Dativo his monasteriis, Accusativo haec monasteria, Vocativo o monasteria, Ablativo ab his monasteriis. Similiter declinantur ‖ tentorium domicilium triduum triclinium vitium p. 58 *genitium licium fenicium lilium et multa similia quae omnia genetivum in ii mittunt. Item alia declinatio in um: Nominativo hoc rosetum, Genetivo huius roseti, Dativo huic roseto, Accusativo hoc rosetum, Vocativo o rosetum, Ablativo ab hoc roseto. Et pluraliter: Nominativo haec roseta, Genetivo horum rosetorum, Dativo his rosetis, Accusativo haec roseta, Vocativo o roseta, Ablativo ab his rosetis. Sic declinantur olivetum lauretum vinetum dumetum quercetum coriletum fanum dilubrum asilum malum pirum mespilum et multa similia. Item propria oleum vinum triticum ordeum aurum argentum et multa similia. Item extra supradictas terminationes invenimus nominativum in es desinens quod genetivum secundae declinationis habere videtur, reliquos casus tertiae declinationis, ut est Moyses nomen proprium et hebreum quod declinabitur sic: Nominativo hic Moyses, Genetivo huius Moysi, Dativo huic Moysi, Accusativo hunc Moysen, Vocativo o Moyses, Ablativo ab hoc Moyse.*

III. Tertia declinatio terminales habet litteras undecim[(a)], *idest a e o c l m n r s t x, terminationes vero sexaginta duas, idest, a in neutrum et graecum hoc poëma poëmatis, e in e latinum hoc monile monilis, o in o [hic] leo [huius] leonis, l in al hic sal salis, l in el hoc mel mellis, l in il hic pugil pugilis, l in ol hic sol solis, l in ul hic consul consulis, n in an hic paean paeanis, n in en hoc flumen fluminis*[(b)], *n in in hic delfin delfinis, n in on hic Memnon huius Memnonis, r in er hic pater huius patris, r in or hic orator huius oratoris, s in as hic Arcas huius Arcadis, s in is hic Paris huius Paridis, s in us hic lepus huius leporis,]s in] aes praes huius praedis, ns in ans hic quadrans huius quadrantis, ns in ons hic mons huius montis, ns in yns hic tiryns huius tiryntis, rs in ers hic et haec*

(a) *Prisc.* decem *omissa* m   (b) *Cod. ead. m.* hoc flumen flaminis

et hoc iners huius inertis, rs in urs hic et haec et hoc Tiburs huius Tiburtis, mps in emps hic hiemps huius hiemis, bs in ebs hic et haec et hoc celebs huius celebis, bs in ybs hic calybs huius calibis, ps in aps hic daps huius dapis, ps in ops hic Pelops huius Pelopis, r in ar hic Caesar huius Caesaris, r in ir hic gradir[a]*, r in ur hic turtur huius turturis, s in es hic Cocles huius Coclitis, s in os hic heros huius herois, s in ys hic amphibracys huius amphibracheys, us in aus haec laus huius laudis, ns in ens hic uffrens huius uffrentis* [1]*, ns in uns hic arruns huius arruntis, rs in ars hic Mars huius Martis, rs in ors hic Marors huius Marortis, ls in uls haec puls huius pultis, bs in abs hic Arabs huius Arabis, bs in obs haec scobs huius scobis, rbs in urbs haec urbs huius urbis, eps in eps hic*
p. 59 *manceps huius mancipis, ps in yps hic cinyps huius cinyphis*[b]*, ‖ [ps in] yrps hic et haec stirps huius stirpis, x in ex hic grex huius gregis, x in ox haec nox huius noctis, x in yx hic sandix huius sandicis, ux in aux haec faux huius faucis, nx in anx haec lanx huius lancis, nx in unx haec coniunx huius coniugis, c in ac hoc lac huius lactis, t in ut hoc caput huius capitis, x in ax ut abax huius abacis, x in ix hic calix huius calicis, x in ux hic celux huius celucis, ex in aex haec faex huius faecis, lx in alx haec falx huius falcis, nx in inx haec linx huius lincis, x in rx haec arx huius arcis, c in ec haec allec huius alecis* [2].

Extra has terminationes invenimus nomina in id, ut hic David Davidis, ut Iuvencus « Davidis inclyta prolis ». Inveniuntur autem in tertia declinatione omnia genera, idest masculinum, ut hic pater, femininum, ut haec mater, neuter, ut hoc (sic)*, commune, ut hic et haec docilis, epicenon, ut hic passer, omnis generis, ut hic et haec et hoc sapiens. Item nomina generis masculini declinationis tertiae: Nominativo hic pater, Genetivo huius patris, Dativo huic patri, Accusativo hunc patrem, Vocativo o pater, Ablativo ab hoc patre. Et pluraliter: Nominativo hii patres, Genetivo horum patrum, Dativo his patribus, Accusativo hos patres, Vocativo o patres, Ablativo ab his patribus. Similiter declinantur frater sive femininum mater et similia. Licet enim in nominativo et vocativo diversae sint terminationes, reliqui tamen casus masculino et feminino genere uno modo proferuntur. Item generi neutri: Nominativo hoc verber, Genetivo huius verberis, Dativo huic verberi, Accusativo hoc verber, Vocativo o verber, Ablativo ab hoc verbere. Et pluraliter: Nominativo haec verbera, Genetivo horum verberum, Dativo his verberibus, Accusativo haec verbera, Vocativo o verbera, Ablativo ab his verberibus. Murmur quoque et marmur,*

(a) *Adde* huius gradiris (b) *Cod.* cinyps

1) Lege probabiliter: « uffens uffentis », ut apud PRISC. *Instit. gramm.* lib. VII, p. 319.
2) Hucusque ex PRISCIANO Paulus breviando nonnulla hausit.

licet inmutata littera, similiter declinantur, et multa similia. Item genus neutrum: Nominativo hoc pondus, Genetivo huius ponderis, Dativo huic ponderi, Accusativo hoc pondus, Vocativo o pondus, Ablativo ab hoc pondere. Et pluraliter: [Nominativo] haec pondera, Genetivo horum ponderum, Dativo his ponderibus, Accusativo haec pondera, Vocativo o pondera, Ablativo ab his ponderibus. Similiter declinantur ulcus scelus pignus vulnus et similia. Item in a generis neutri declinationis tertiae quae propria graeca sunt: Nominativo hoc diadema, Genetivo huius diadematis, Dativo huic diademati, Accusativo hoc diadema, Vocativo o diadema, Ablativo ab hoc diademate. Et pluraliter: Nominativo haec diademata, Genetivo horum diadematum, Dativo his diadematibus, Accusativo haec diademata, Vocativo o diademata, Ablativo ab his diadematibus. Similiter declinantur scema thoreuma flegma crisma baptisma peripetasma fantasma paradigma plasma et similia. Ad super scriptorum similitudinem declinantur omnia neutra cuiuscumque sint in nominativo terminationis. ‖ Item quae gene- p. 60
tivo singulari secundum graecam declinationem in os exeunt, et tertiae declinationis sunt: Nominativo haec heresis, Genetivo huius hereseos, Dativo huic heresi, Accusativo hanc heresim, Vocativo o heresis, Ablativo ab hac heresi. Et pluraliter: Nominativo[a] hae hereses, Genetivo harum heresium sive hereseon, Dativo his heresibus, Accusativo has hereses, Vocativo o hereses, Ablativo ab his heresibus. Similiter declinantur et propria nomina Genesis Hipocrisis (sic) Decapolis Memphis Thanis Heliopolis et si qua sunt similia. Item ea quae cum ceteros casus latinos habent accusativum graecum habent: Nominativo hic rinoceros, Genetivo huius rinocerotis, Dativo huic rinoceroti, Accusativo hunc rinocerota, Vocativo o rinoceros, Ablativo ab hoc rinocerote. Et pluraliter: Nominativo hii renocerotes, Genetivo horum renocerotum, Dativo his renocerotibus, Accusativo hos renocerotes, Vocativo o renocerotes, Ablativo ab his renocerotibus. Similiter declinantur monoceros et si qua sunt similia.

IIII. Quarta declinatio terminales habet litteras duas, idest s et u, terminationes nihilominus duas us et u, us ut cervus, u ut cornu. Invenimus autem in quarta declinatione genera tria, idest masculinum, ut hic versus, femininum, ut haec manus, neutrum, ut hoc cornu. Item declinatio generis masculini: Nominativo hic versus, Genetivo huius versus, Dativo huic versui, Accusativo hunc versum, Vocativo o versus, Ablativo ab hoc versu. Et pluraliter: Nominativo hii versus, Genetivo horum versuum, Dativo his versibus, Accusativo hos versus, Vocativo o versus, Ablativo ab his versibus. Similiter declinantur vultus risus auditus gustus odoratus tactus currus fluctus fletus luctus, et femininum manus et domus

(a) Cod. om. nom.

et multa similia. Item generis neutri: Nominativo hoc genu, Genetivo huius genu, Dativo huic genu, Accusativo hoc genu, Vocativo o genu, Ablativo ab hoc genu. Et pluraliter: Nominativo haec genua, Genetivo horum genuum, Dativo his genibus, Accusativo haec genua, Vocativo o genua, Ablativo ab his genibus. Similiter declinantur pecu specu penu veru et proprium gelu. Cornu vero cum omnibus similem his habeat declinationem, genetivum pluralem aliquotiens secundae declinationis habet. Nam cornuorum prolatum sepissime legimus. Ihesus quoque nomen nobis venerabile nostri Redemptoris quod[(a)] *ad latinitatem placet inflectere, ex utrisque his superioribus declinationibus habet inflectionem.*

V. *Quinta declinatio terminalem habet litteram unam s, pari modo terminationem unam in es productam, ut hic dies. Inveniuntur autem in quinta declinatione genera dua, idest masculinum, ut hic dies quod et feminini generis invenitur et incerti generis dicitur, sed in plurali numero semper masculini generis existit. Item masculini, hic meridies quod a die per compositionem descendit. Item declinatio quinti ordinis: Nominativo haec facies, Genetivo huius faciei, Dativo huic faciei, Accusativo hanc faciem, Vocativo o facies, Ablativo ab hac facie. Et pluraliter: Nominativo hae facies, Genetivo harum facierum, Dativo his faciebus, Accusativo has facies, Vocativo o facies, Ablativo ab his faciebus. Similiter*
p. 61 *declinantur species ‖ glacies acies res et proprium res fides spes quoque cum in ceteris casibus declinetur. Sunt igitur formae casuales sex; Monoptota quae unam terminationem pro omni casu funguntur ut a alfa cornu quattuor quinque vel c* (sic) [(b)] *Diptota quae per duas varietates currunt, ut hoc pascha huius paschae. Triptota quae per tres casus variantur, ut haec Musa huius Musae hanc Musam. Tetraptota quae quattuor varietates habent, ut hic magister huius magistri huic magistro hunc magistrum. Pentaptota quae quinque varietates habent, ut doctus docti docto doctum docte. Exaptota quae omnibus casibus variant, ut unus unius uni unum o une ab uno. Item sicut alii* [1]) *volunt monoptota illa sunt quae etiam unum casum habent, ut sponte natu pedum. Sponte enim et natu tantum ablativum casum habent, pedum accusativum. Diptota sunt quae duos diversos casus habent tantum, ut vicem vice, sunt enim vocativus et ablativus. Triptota sunt quae tres casus solummodo habent, ut precis preci prece, sunt enim genetivus dativus et ablativus. Tetraptota sunt quae IIII casus solummodo habent, ut Iovis Iovi Iovem ab Iove.*

(a) *Cod. omitt. quod.* (b) *Sensus hic claudicat, ideoque aliquid desideratur.*

---

1) Forte alludit ad Diomedem *Artis gramm. lib. V*, ubi dicit: « Sunt quoque alio genere monoptota, quae per ablativum tantum modo enuntiantur, et ob id monoptota dicuntur, ut sponte natu tabo ». Apud Keil *Gramm. lat.* vol. I, p. 309.

Pentaptota autem nomina, idest quinque casuum. Ideo non inveniuntur quia ubi nominativus fuerit, statim et vocativus adest, ubi nominativus deest, nec vocativus inest. Exaptota autem sunt omnia nomina quae per sex casus inflecti possunt. Monosyllaba [1]) *masculini generis ds dens grex flos fons mons mus mas Mars pres pons lar per ros rex sal sol vir vas, ex his unum secunde declinationis vir. Feminini generis arx ars calx crux cos dos frons gens falx fax fex glix lux lis lens glans lanx mors merx mens nux nix nex nox ops pix prex pars res spes cors gens cohors* (sic) *sors stirps stirbs trabs vis grus urs vox nar. Ex his duas quinte declinationis contra* [(a)] *regulam spes* [(b)] *et res. Neutri generis aes crus cor fas far gax ir ius mel or os pus par tur tus fel lac rus ver vas. Ex his quattuor minime declinantur fas git* (sic) *pus ir. Tria in plurali numero deficiunt. Nam tres tantum casus habent fas ius rus et aes, similiter, communis generis bos drux sus chur grus, omnis generis vel dua sola par trax.*

Expositis monosyllabis quae cuiuscumque [(c)] *sint generis, de ceteris quibuslibet* [(d)] *syllabarum nominibus disseremus, quae his clausulis terminantur quattuor vocalibus, praeter u et semivocalibus, praeter f et una muta t, de quibus ordine reliquas subiectas notavimus, exceptis illis videlicet quae minime declinantur, (ut) fas nefas nihili nugas gemini frugi sinapi pedum nequam, ex his neutri generis fas nefas gummi pedum nequam, alia omnis.* EXPLICIT DE NOMINE.

INCIPIT DE PRONOMINE. p. 62

Quid est pronomen? Pars orationis quae pro nomine posita, tantundem paene significat [(e)] personamque interdum recipit.

Pronomini quot accedunt ? [(f)] Sex.

Quae? Qualitas, genus, numerus, figura, persona, casus.

Qualitas pronominum in quo est? Bipertita est: aut enim finita sunt pronomina, aut infinita.

Quae sunt finita? Quae recipiunt personas, ut ego tu ille.

Quae sunt infinita? Quae non recipiunt personas, ut quis quae quid.

Genera pronominum quae sunt? Eadem fere quae nominum, masculinum, ut quis, femininum, ut quae, neuter, ut quod, commune, ut qualis talis, trium generum, ut ego tu.

(a) *Cod.* contre (b) *Cod.* spe[cie]s (c) *Cod.* cuicumque (d) *Cod.* quodlibet (e) *Cod. om.* (f) *Cod. ead. m. corr.* accidunt *cum Donato.*

---

1) Cf. CHARISII *Excerpta ex Arte grammatica* apud KEIL, op. cit. vol. I, p. 546 « unde fortasse nonnulla deprompsit Paulus ».

Numeri pronominum quot sunt? Duo.

Qui? Singularis, ut hic, pluralis, ut hii.

Figurae pronominum quot sunt? Duae.

Quae? Simplex, ut quis, conposita, ut quisquis.

Personae pronominum quot sunt? Tres.

Quae? Prima, ut ego, secunda, ut tu, tertia, ut ille.

Casus item pronominum quot sunt? Sex, quemadmodum et nominum, per quos omnium generum pronomina inflectuntur hoc modo.

Ego pronomen finitum generis omnis numeri singularis figurae simplicis personae primae casus nominativi, quod declinabitur sic: *Nominativo* ego mei vel mis mihi me a me. Et pluraliter [a]: nos nostrum vel nostri nobis nos o a nobis. Personae secundae generis omnis numeris singularis: tu tui vel tis tibi te *o tu* a te. Et pluraliter: vos vestrum nobis vos *o vos* a vobis. Personae tertiae generis masculini numeri singularis: ille illius illi illum ab illo. Et pluraliter: illi illorum illis illos *o* ab illis. Generis feminini: illa illius illi illam *o* ab illa. Et pluraliter: illae illarum illis illas *o* ab illis. Generis neutri: illud illius illi illud *o* ab illo. Et pluraliter: illa illorum illis illa *o* ab illis. *Item* minus quam finita generis masculini numeri singularis: ipse ipsius ipsi ipsum *o* ab ipso. Et pluraliter: ipsi ipsorum ipsis ipsos *o* ab ipsis. Generis feminini: ipsa ipsius ipsi ipsam *o* ab ipsa. Et pluraliter: ipsae ipsarum ipsis ipsas ab ipsis. Generis neutri: ipsum ipsius ipsi ipsum ab ipso. Et pluraliter: ipsa ipsorum ipsis ipsa ab ipsis. Item minus quam finita generis masculini numeri singularis: iste istius isti istum ab isto. Et pluraliter: isti istorum istis istos ab istis. Generis feminini: ista istae istae istam ab ista. Et pluraliter: istae istarum istis istas ab istis. Generis neutri: istud istius isti istud ab isto. Et pluraliter: ista istorum istis ista ab istis. Item articulare praepositivum vel demonstrativum generis masculini numeri singularis: hic huius huic hunc *o* ab hoc. Et pluraliter: hii horum his hos *o* ab his. Generis feminini [b]: haec huius huic hanc *o* ab hac. Et pluraliter: heae harum his has ab his. Generis neutri: hoc huius huic hoc ab hoc. Et pluraliter: haec horum his haec ab his. Item subiunctivum vel relativum generis masculini singularis: is eius ei eum *o* ab eo. Et pluraliter: ei eorum eis eos *o* ab eis. Generis feminini: ea eius ei eam *o* ab ea. Et pluraliter, eae earum eis
p. 63 eas *o* ab eis [c]. ‖ Generis neutri: id eius ei id *o* ab eo. Et pluraliter, ea eorum eis ea *o* ab eis. Item infinita generis masculini numeri singularis: quis cuius cui quem *o* a quo vel a qui. Et pluraliter, qui quorum quis vel quibus quos a quibus vel a quis. Generis feminini: quae cuius cui quam *o* a qua vel a qui. Et pluraliter: quae quarum quis vel quibus quas *o* a quis vel a

---

(a) *Cod. plur.* (b) *Cod. om.* feminini et numeri singularis *quae apud Donatum occurrunt. Item et infra passim.*
(c) *Cod. habet rasuram nonnullorum verborum.*

quibus. Generis neutri: quid cuius cui quid *o* a quo vel a qui. Et pluraliter: quae quorum quis vel quibus quae *o* a quis vel a quibus. Item possessiva finita ad aliquid dicta ex utraque parte singularis generis masculini: meus mei meo meum *o* a meo. Et pluraliter: mei meorum meis meos *o* a meis. Generis feminini: mea meae meae meam *o* a mea. Et pluraliter: meae mearum meis meas *o* a meis. Generis neutri: meum mei meo meum *o* a meo. Et pluraliter: mea meorum meis mea *o* a meis. Personae secunde generis masculini numeri singularis: tuus tui tuo tuum *o* a tuo. Et pluraliter: tui tuorum tuis tuos *o* a tuis. Generis feminini: tua tuae tuae tuam *o* a tua. Et pluraliter: tuae tuarum tuis tuas *o* a tuis. Generis neutri tuum tui tuo tuum *o* a tuo. Et pluraliter: tua tuorum tuis tua *o* a tuis. Personae tertiae generis masculini numeri singularis: suus sui suo suum *o* a suo. Et pluraliter: sui suorum suis suos *o* a suis. Generis feminini: sua suae suae suam *o* a sua. Et pluraliter: suae suarum suis suas *o* a suis. Generis neutri: suum sui suo suum *o* a suo. Et pluraliter: sua suorum suis sua *o* a suis. Item possessiva finita ad aliquid dicta ex altera parte pluralia generis masculini numeri singularis: noster nostri nostro nostrum *o* a nostro. Et pluraliter: ex utraque parte: nostri nostrorum nostris nostros *o* a nostris. Generis feminini: nostra nostrae nostrae nostram *o* a nostra. Et pluraliter: nostrae nostrarum nostris nostras *o* a nostris. Generis neutri: nostrum nostri nostro nostrum *o* a nostro. Et pluraliter: nostra nostrorum nostris nostra *o* a nostris. Personae secundae generis masculini numeri singularis: vester vestri vestro vestrum *o* a vestro. Et pluraliter: vestri vestrorum vestris vestros *o* a vestris. Generis feminini: vestra vestrae vestrae vestram *o* a vestra. Et pluraliter: vestrae vestrarum vestris vestras *o* a vestris. Generis neutri: vestrum vestri vestro vestrum *o* a vestro. Et pluraliter: vestra vestrorum vestris vestra *o* a vestris. Da horum *propositira*[(a)] *ut si quis quanris, subiunctira ut ut istantiis. Communia*, ut egomet tute sibimet et icine illene istene. Item masculino genere producte neutro correpte, ut quisquis quisnam quispiam aliquis et cetera *ad id genus.*

ITEM DE PRONOMINIBUS [1]).

Genus masculinum numerus singularis, idem eiusdem eidem eundem o ab eodem. Et pluralis, eidem eorundem eisdem eosdem o ab eisdem. Generis feminini, eadem eiusdem eidem eandem o ab eadem. Et pluralis, heae-

(a) *Don.* Da horum conposita. Egomet. tute, illic, istic, idem masculino genere productum, neutro correptum, quisquis, quisnam, quispiam, aliquis et cetera. DE VERBO.

1) Cf. quae sequuntur cum CHARISII *Arte grammatica* apud KEIL, op. cit. vol. I, p. 557; item DIOMEDIS *Artem gramm.*, ibid. p. 332, ex quibus nonnulla deprompta esse videntur.

dem earundem eisdem easdem o ab eisdem. Generis neutri: idem eiusdem p. 64 *eidem idem o idem ab eodem. Et pluralis: eadem eorundem eisdem* ‖ *eadem o eadem ab eisdem. Generis masculini: alter alterius alteri alterum o alter ab altero. Et pluralis: alteri alterorum alteris alteros o alteri ab alteris. Generis feminini: altera alterius alteri alteram o altera ab altera. Et pluralis: altera alterorum alteris alteras o alterae ab alteris. Generis neutri: alterum alterius alteri alterum o ab altero. Et pluralis: altera alterorum alteris altera o altera ab alteris. Generis masculini: uter utrius utri utrum o uter ab utro. Et pluralis: utri utrorum utris utros o utri ab utris. Generis feminini: utra utrae utri utram o utra ab utra. Et pluralis: utre utrarum utris utras o utrae ab utris. Generis neutri: utrum utrius utri utrum o utrum ab utro. Et pluralis: utra utrorum utris utra o utra ab utris. Generis masculini: alteruter alterutrius alterutri alterutrum o alteruter ab alterutro. Et pluralis: alterutri alterutrorum alterutris alterutros o alterutri ab alterutris. Generis feminini: alterutra alterutrae alterutri alterutram o alterutra ab alterutra. Et pluralis: alterutrae alterutrarum alterutris alterutras o alterutrae ab alterutris. Generis neutri* [a]*: alterutrum alterutrius alterutri alterutrum o alterutrum ab alterutro. Et pluralis: alterutra alterutrorum alterutris alterutra o alterutra ab alterutris. Genus masculinum: quisque cuiusque cuique quemque o quis o ab quoque. Et pluralis: quique quorumque quibusque quosque o quique a quibusque. Genus femininum: quaeque cuiusque cuique quamque o queque a quaque. Et pluralis: queque quarumque quibusque quasque o quaeque a quibusque. Genus neutrum: quodque cuiusque cuique quodque o quodque a quoque. Et pluralis: quaeque quorumque quibusque quaeque o quaeque a quibusque. Generis masculini: quidam cuiusdam cuidam quemdam o quidam a quodam. Et pluralis: quidam quorumdam quibusdam quosdam o quidam a quibusdam. Generis feminini: quaedam cuiusdam cuidam quamdam o quaedam a quadam. Et pluralis: quaedam quarumdam quibusdam quasdam o quaedam a quibusdam. Generis neutri: quiddam cuiusdam cuidam quiddam o quiddam a quodam. Et pluralis: quaedam quorundam quibusdam quaedam o quaedam a quibusdam. Generis masculini: quisquam cuiusquam cuiquam quemquam o quisquam a quoquam. Et pluralis: quiquam quorumquam quibusquam quosquam o quiquam a quibusquam. Generis feminini: quaequam cuiusquam cuiquam quamquam o quaequam a quaquam. Et pluralis: quaequam quarumquam quibusquam quasquam o quaequam a quibusquam. Generis neutri: quidquam cuiusquam cuiquam quidquam o quidquam a quoquam. Et pluralis: quaequam quorumquam quibusquam quaequam o* p. 65 *quaequam a quibusquam. Generis masculini: quispiam cuiuspiam* ‖ *cuipiam*

(a) *Cod.* gener neutrum

quempiam o quispiam a quopiam. Et pluralis, quipiam quorumpiam quibuspiam quospiam o quipiam a quibuspiam. Generis feminini: quaepiam cuiuspiam cuipiam quempiam o quaepiam a quapiam. Et pluralis: quaepiam quarumpiam quibuspiam quaspiam o quaepiam a quibuspiam. Generis neutri: quidpiam cuiuspiam cuipiam quidpiam o quidpiam a quopiam. Et pluralis: quaepiam quorumpiam quibuspiam quaepiam o quaepiam a quibuspiam. Generis masculini: quicumque cuiuscumque cuicumque quemcumque o quicumque a quocumque. Et pluralis: quicumque quorumcumque quibuscumque quoscumque o quicumque a quibuscumque. Generis feminini: quaecumque cuiuscumque cuicumque quamcumque o quaecumque a quacumque. Et pluralis: quaecumque quarumcumque quibuscumque quascumque o quaecumque a quibuscumque. Generis neutri: quodcumque cuiuscumque cuicumque quodcumque o quodcumque a quocumque. Et pluralis: quaecumque quorumcumque quibuscumque quaecumque o quaecumque a quibuscumque. Generis masculini: unus unius uni uno o une ab uno. Et pluralem non recipit. Generis feminini: una unius uni unam o una ab una. Et pluralem non habet. Generis neutri: unum unius uni unum o unum ub uno. Et pluralem non habet. Generis masculini: unusquisque uniuscuiusque unicuique unumquemque o unusquisque ab unoquoque. Pluralis non declinatur. Generis feminini: unaquaeque uniuscuiusque unicuique unamquamque o unaquaeque ab unaquaque. Et pluralem non habet. Generis neutri: unumquodque uniuscuiusque unicuique unumquodque o unumquodque ab unoquoque. Et pluralem non habet. Generis masculini: singuli singulorum singulis singulos o singuli a singulis. In singulare non declinatur. Generis feminini: singule singularum singulis singulas o singulae a singulis. Et singularem non habet. Generis masculini: quantus quanti quanto quantum o quantus a quanto. Pluraliter: quanti quantorum quantis quantos o quanti a quantis. Generis feminini: quanta quantae quantae quantam o quanta a quanta. Pluraliter: quantae quantarum quantis quantas o quantae a quantis. Generis neutri: quantum quanti quanto quantum o quantum a quanto. Pluraliter: quanta quantorum quantis quanta o quanta a quantis. Generis masculini: totus totius toti totum o totus a toto. In plurali: toti totorum totis totos o toti a totis. Generis feminini: tota totae toti totam o tota a tota. Pluraliter: totae totarum totis totas o totae a totis. Generis neutri: totum totius toti [a] *totum o totum a toto.* ‖ *Pluraliter: tota to-* p. 66 *torum totis tota o tota a totis. Generis masculini, secundae declinationis: tantus tanti tanto tantum o tantus a tanto. Pluraliter: tanti tantorum tantis. Generis feminini: tanta tante tante tantam o tanta a tanta. Pluraliter: tante tantarum tantis tantas o tantae a tantis. Generis neutri: tantum*

(a) Cod. totu

tanti tanto tantum o tantum a tanto. Pluraliter: tanta tantorum tantis tanta o tanta a tantis. Generis masculini, quarte declinationis: ullus ullius ulli ullo ullum o ulle ab ullo. Pluraliter: ulli ullorum ullis ullos o ulli ab ullis. Generis feminini: ulla ullius ulli ullam o ulla ab ulla. Pluralis: ullae ullarum ullis ullas o ullae ab ullis. Generis neutri: ullum ullius ulli ullum o ullum ab ullo. Pluralis: ulla ullorum ullis ulla o ulla ab ullis.

Generis masculini IV declinationis: nullus nullius nulli nullum o nullus a nullo. Et pluralis: nulli nullorum nullis nullos o nulli a nullis. Genus femininum: nulla nullius nullae nullam o nulla a nulla. Et pluralis: nullae nullarum nullis nullas o nullae a nullis. Generis masculini quarte declinationis: aliquis alicuius alicui aliquem o ab aliquo. Et pluralis: aliqui aliquorum aliquibus aliquos o ab aliquibus. Generis feminini: aliqua aliquae alicui aliquam o ab aliquae. Et pluralis: aliquae aliquarum aliquibus aliquas o ab aliquibus. Generis neutri: aliquod alicuius alicui aliquod o ab aliquo. Et pluralis: aliqua aliquorum aliquibus aliqua o ab aliquibus. Generis masculini tertiae declinationis: nemo nemini neminem o nemo a nemine. Nam genetivum casum non habet nec pluraliter declinantur, et cetera si qua sunt pronomina eodem modo declinantur.

Incipit de verbo [a].

Quid est verbum? Pars orationis cum tempore et persona sine causa aut agere aliquid aut pati aut neutrum significans.

Verbo quot accidunt? [b] Septem.

Quae? Qualitas, coniugatio, genus, numerus, figura, tempus, persona.

Qualitas verborum in quo est? In modis et formis.

Modi qui sunt? Indicativus, ut lego, imperativus, ut lege, optativus, ut utinam legerem, coniunctivus, ut cum legam, infinitivus, ut legere, impersonalis, ut legitur.

Formae [verborum quot sunt? Quattuor] [c].

Quae? Perfecta, ut lego, meditativa, ut lecturio, frequentativa, ut lectito, inchoativa, ut fervesco calesco.

Coniugationes verborum quot sunt? Tres.

Quae? Prima, secunda et tertia.

p. 67 Prima quae est? ‖ Quae indicativo modo tempore praesenti numero singulari secunda persona verbo activo et neutrali a productam [d] habet ante novissimam litteram, passivo communi et deponenti ante novissimam syl-

(a) *Cod.* verbu(m) (b) *Cod.* accedunt (c) *Cod.* Formae quae sunt (d) *Cod. om.* productam

labam, ut amo amas, amor amaris; et futurum tempus eiusdem modi in bo et in bor syllabam mittit, ut amo amabo, amor amabor.

Secunda quae est? Quae indicativo modo tempore praesenti numero singulari secunda persona verbo activo et neutrali e productum habet ante novissimam litteram, passivo communi et deponenti ante novissimam syllabam, ut doceo[a] doces, doceor doceris; et futurum tempus eiusdem modi in bo et in bor syllabam mittit, ut doceo docebo, doceor docebor.

Tertia quae est? Quae indicativo modo tempore praesenti numero singulari secunda persona verbo activo et neutrali i correptam vel i productam habet ante novissimam litteram, passivo communi et deponenti pro i littera e correptam habet vel i productam ante novissimam syllabam, ut lego legis, legor legeris, audio audis, audior audiris; et futurum tempus eiusdem modi in am et in ar syllabam mittit, ut lego legam, legor legar, audio audiam, audior audiar. Haec in imperativo et in infinitivo modo statim discerni possunt, utrum i *litteram correptam habeat an productam*[b]. Nam correpta i in e convertitur; producta si fuerit, non mutatur.

Quando tertia coniugatio futurum tempus non in am tantum sed etiam in bo mittit? Interdum cum i litteram non correptam habuerit sed productam, ut eo is ibo eam[c], queo quis quebo queam[d].

Genera verborum quot sunt? V.

Quae? Activa, passiva, neutra, communia, deponentia.

Activa quae sunt? Quae in o desinunt et accepta r littera faciunt ex se passiva, ut lego legor.

Passiva quae sunt? Quae in r desinunt et ea dempta redeunt in activa, ut legor lego.

Neutra quae sunt? Quae in o desinunt ut activa, sed accepta r littera latina non sunt, ut sto curro: stor curror non *dicitur*[e]. *Est praeterea neutro passivum, ut gaudeo gavisus sum, soleo solitus sum*[1]).

Deponentia quae sunt? Quae simili ut passiva in r desinunt, sed ea dempta latina non sunt, ut luctor loquor.

Communia quae sunt? Quae in r littera *simili* desinunt ut deponentia, sed in duas formas cadunt, patientis et agentis, ut osculor criminor. Dicimus enim osculor te et osculor a te, criminor te et criminor a te.

Numeri verborum quot sunt? Duo.

Qui? Singularis, ut lego, pluralis, ut legimus.

(a) *Cod.* deceo; *item et infra.* (b) *Don.* utrum i littera correpta sit an producta *Cod. Monacensis Emmeramus G. 121 nostram sequitur lectionem. (Cf. Keil ad h. l.).* (c) eam] *Hanc lectionem quam Donatus apud Keil omittit, servat etiam idem cod. Monac. Emmer.* (d) queam] *Hanc lectionem ut supra.* (e) *Don.* dicimus

1) Est – sum] Haec verba occurrunt fere eadem etiam in cod. Leidensi, secundae tamen manus, apud Keil ad h. l. « Sunt praeterea neutro passiva, ut gaudeo, gavisus sum, audeo ausus sum, soleo solitus sum, fio factus sum, fido fisus sum ».

Figurae verborum quot sunt? Duae.

Quae? Simplex, ut lego, composita, ut neglego.

Tempora verborum quot sunt? Tria.

p. 63 Quae? Presens, ut lego, praeteritum, ut legi, | futurum, ut legam.

Quot sunt tempora in declinatione verborum? V.

Quae? Praesens, ut lego, praeteritum inperfectum, ut legebam, praeteritum perfectum, ut legi, praeteritum plusquam perfectum, ut legeram, futurum, ut legam.

Personae verborum quot sunt? Tres.

Quae? Prima, ut lego, secunda, ut legis, tertia, ut legit.

Da declinationem[1] *verbi activi. Amo, verbum activum indicativo modo dictum temporis praesentis numeri singularis figurae simplicis personae primae coniugationis primae productae, quod declinabitur sic: amo amas amat, et pluraliter, amamus amatis amant. Eodem modo tempore praeterito inperfecto, amabam amabas amabat, et pluraliter, amabamus amabatis amabant. Eodem modo tempore praeterito perfecto, amavi amasti vel amavisti amavit, et pluraliter, amavimus amastis vel amavistis amaverunt vel amavere. Eodem modo tempore praeterito plusquam perfecto, amaveram vel amaram amaveras vel amaras amaverat vel amarat, et pluraliter, amaveramus vel amaramus amaveratis vel amaratis amaverant vel amarant. Eodem modo tempore futuro, amabo amabis amabit, et pluraliter, amabimus amabitis amabunt. Imperativo modo tempore praesenti ad secundam et tertiam personam, ama amet, et pluraliter, amemus amate ament. Eodem modo tempore futuro, amato tu amato ille vel amet, et pluraliter, amemus amatote ament vel amanto sive amantote. Optativo modo tempore praesenti et praeterito inperfecto utinam amarem amares amaret, et pluraliter, utinam amaremus amaretis amarent. Eodem modo tempore praeterito perfecto et plusquam perfecto, utinam amassem vel amavissem amasses vel amavisses amasset vel amavisset, et pluraliter, utinam amassemus vel amavissemus amassetis vel amavissetis amassent vel amavissent. Eodem modo tempore futuro, utinam amem ames amet, et pluraliter, utinam amemus ametis ament. Coniunctivo modo tempore praesenti, cum amem ames amet, et pluraliter, cum amemus ametis ament. Eodem modo tempore praeterito inperfecto, cum amarem amares amaret, et pluraliter, cum amaremus amaretis amarent. Eodem modo tempore praeterito perfecto, cum amaverim vel amarim amaveris vel amaris amaverit vel amarit, et pluraliter, cum amaverimus amaveritis amaverint vel amarint. Eodem modo tempore praeterito perfecto et plusquam per-*

---

1) Da declinationem] Cf. DIOMEDIS *Artem gramm.*, lib. I (apud KEIL, p. 352) ex qua nonnulla fortasse deprompta sunt.

fecto, cum amassem vel amarissem amasses vel amarisses amasset vel amarisset, et pluraliter, cum amassemus vel amarissemus amassetis vel amarissetis amassent vel amarissent. ‖ p. 69 *Eodem modo tempore futuro, cum amarero amareris amarerit, et pluraliter, cum amarerimus amareritis amarerint. Infinitivo modo numeris et personis tempore praesenti, amare, praeterito, amasse, futuro, amatum ire. Modo inpersonali tempore praesenti, amatur, praeterito inperfecto, amabatur, praeterito perfecto, amatum est amatum fuit, praeterito plusquam perfecto, amatum erat amatum fuerat, futuro, amabit*[a]. *Imperativo modo, ametur, futuro, amator. Optativo modo, amaret*[b], *plusquam perfecto, amatum esset vel fuisset,* (praesenti), *ametur. Coniunctivo modo, cum ametur, praeterito inperfecto, amaretur, praeterito perfecto amatum erit vel fuerit, plusquam perfecto, amatum esset vel fuisset,* (futuro), *amatum erit. Infinito, amare amarisse vel amasse. Gerundi vel participialia seu supina verba sunt haec: amandi amando amandum amatum amatu. Participia trahuntur a verbo activo duo, praesentis temporis et futuri, praesentis, ut amans, futuri, ut amaturus. Amor verbum passivum indicativo modo dictum temporis praesentis numeri singularis figurae simplicis personae primae coniugationis primae productae quod declinabitur sic: amor amaris amatur, et pluraliter, amamur amamini amantur. Eodem modo tempore praeterito inperfecto, amabar amabaris amabatur, et pluraliter, amabamur amabamini amabantur. Eodem modo tempore praeterito perfecto, amatus sum es est, et pluraliter, amati sumus estis sunt. Et ulteriore, amatus fui fuisti fuit, et pluraliter, amati fuimus fuistis fuerunt vel fuere. Eodem modo tempore praeterito et plusquam perfecto, amatus eram eras erat, et pluraliter, amati eramus eratis erant, et ulteriori, amatus fueram fueras fuerat, et pluraliter, amati fueramus fueratis fuerant. Eodem modo tempore futuro, amabor, amaberis vel amabere, amabitur, et pluraliter, amabimur amabimini amabuntur. Imperativo modo tempore praesenti ad secundam et tertiam personam, amare ametur, et pluraliter, amemur amemini amentur. Eodem modo tempore futuro, amator ametor, et pluraliter, amemor amemínor amentor. Optativo modo tempore praesenti et praeterito inperfecto, utinam amarer, amareris vel amarere amaretur, et pluraliter, utinam amaremur amaremini amarentur. Eodem modo tempore praeterito perfecto et plusquam perfecto, utinam amatus essem esses esset, et pluraliter, utinam amati essemus essetis essent, et ulteriori modo, utinam amatus fuissem fuisses fuisset, et pluraliter, utinam amati fuissemus fuissetis fuissent. Eodem modo tempore futuro, utinam amer, ameris vel amere, ametur, et pluraliter, utinam amemur amemini amentur. Coniunctivo modo*

(a) *In margine codicis ead. m. notavit siglas* h. d. *idest* hic deest (b) *Supple* utinam amaret; *item infra.*

tempore praesenti, cum amer, ameris vel amere, ametur, et pluraliter, cum amemur amemini amentur. Eodem modo praeterito inperfecto, cum amarer amareris vel amarere, amaretur, et pluraliter, cum amaremur amaremini amarentur. ‖ p. 70 *Eodem modo tempore praeterito perfecto, cum amatus sim sis sit, et pluraliter, cum amati simus sitis sint, et ulteriore, cum amatus fuerim fueris fuerit, et pluraliter, cum amati fuerimus fueritis fuerint. Eodem modo tempore praeterito plusquam perfecto, cum amatus essem esses esset, et pluraliter, cum amati essemus essetis essent, et ulteriore, cum amatus fuissem fuisses fuisset, et pluraliter, cum amati fuissemus fuissetis fuissent. Eodem modo tempore futuro, cum amatus ero eris erit, et pluraliter, cum amati erimus eritis erunt, et ulteriore, cum amatus fuero fueris fuerit, et pluraliter, cum amati fuerimus fueritis fuerint. Infinitivo modo numeris et personis tempore praesenti, amari, praeterito, amatum esse vel fuisse, futuro, amatum iri. Participia trahuntur a verbo passivo duo, praeteriti temporis et futuri, praeteriti, ut amatus, futuri, ut amandus.*

Doceo[1]*, verbum activum indicativo modo dictum temporis praesentis numeri singularis figurae simplicis personae primae coniugationis secundae productae, quod declinabitur sic: doceo doces docet, et pluraliter, docemus docetis docent. Eodem modo tempore praeterito inperfecto, docebam docebas docebat, et pluraliter, docebamus docebatis docebant. Eodem modo tempore praeterito perfecto, docui docuisti docuit, et pluraliter, docuimus docuistis docuerunt vel docuere. Eodem modo tempore praeterito plusquam perfecto, docueram docueras docuerat, et pluraliter, docueramus docueratis docuerant. Eodem modo tempore futuro, docebo docebis docebit, et pluraliter, docebimus docebitis docebunt. Imperativo sive deprecativo modo tempore praesenti ad secundam et tertiam personam, doce doceat, et pluraliter, doceamus docete doceant. Eodem modo tempore futuro, doceto tu doceto ille vel doceat, et pluraliter, docetote doceant vel docento sive docetote. Optativo modo tempore praesenti et futuro inperfecto, utinam docerem doceres doceret, et pluraliter, doceremus doceretis docerent. Eodem modo tempore praeterito perfecto et plusquam perfecto, utinam docuissem docuisses docuisset, et pluraliter, docuissemus docuissetis docuissent. Eodem modo tempore futuro, utinam doceam doceas doceat, et pluraliter, doceamus doceatis doceant. Coniunctivo modo tempore praesenti, cum doceam doceas doceat, et pluraliter, cum doceamus doceatis doceant. Eodem modo tempore praeterito inperfecto, cum docerem doceres doceret, et pluraliter, doceremus doceretis docerent. Eodem modo tempore praeterito perfecto, cum docuerim docueris docuerit, et pluraliter, cum docuerimus docue-*

---

1) Apud Diomedem, loc. cit. «Item verbi secundae coniugationis declinatio».

ritis ‖ docuerint. Eodem modo tempore praeterito plusquam perfecto, cum p. 71 *docuissem docuisses docuisset, et pluraliter, docuissemus docuissetis docuissent. Eodem modo tempore [futuro, cum]* (a) *docuero docueris docuerit, et pluraliter, docuerimus docueritis docuerint. Infinito modo numeris et personis tempore praesenti* (b)*, docere, praeterito, doctum esse vel fuisse, futuro, doctum ire. Modo inpersonali tempore praesenti, docetur, praeterito inperfecto, docebatur, praeterito perfecto, doctum est doctum fuit, praeterito plusquam perfecto, doctum erat doctum fuerat, futuro, docebitur. Gerundi supina seu participialia verba sunt haec: docendi docendo docendum doctum doctu. Participia trahuntur a verbo activo duo, praesentis temporis et futuri, praesentis, ut docens, futuri, ut docturus.*

Doceor, verbum passivum indicativo modo dictum temporis praesentis numeri singularis personae primae coniugationis secundae productae, [quod declinabitur sic] (c)*: doceor doceris docetur, et pluraliter, docemur docemini docentur. Eodem modo tempore praeterito inperfecto, docebar docebaris docebatur, et pluraliter, docebamur docebamini docebantur. [Eodem modo tempore praeterito perfecto, doctus sum es est, et pluraliter, docti sumus estis sunt]* (d)*, et ulteriori, doctus fui fuisti fuit, et pluraliter, docti fuimus fuistis fuerunt vel fuere. Eodem modo tempore praeterito et plusquam perfecto, doctus eram eras erat, et pluraliter, docti eramus eratis erant, et ulteriori, doctus fueram fueras fuerat, et pluraliter, docti fueramus fueratis fuerant. Eodem modo tempore futuro, docebor doceberis vel docebere docebitur, et pluraliter, docebimur docebimini docebuntur. Imperativo modo tempore praesenti ad secundam et tertiam personam, docere doceatur, et pluraliter, doceamur doceamini* (e) *doceantur. Eodem modo tempore futuro, docetor doceator* (f)*, et pluraliter, doceamor doceminor doceantur. Optativo modo tempore praesenti et praeterito inperfecto, utinam docerer, docereris vel docerere doceretur, et pluraliter, doceremur doceremini docerentur. Eodem modo tempore praeterito perfecto et plusquam perfecto, utinam doctus essem esses esset, et pluraliter, utinam docti essemus essetis essent, et ulteriori, utinam doctus fuissem fuisses fuisset, et pluraliter, utinam docti fuissemus fuissetis fuissent. Eodem modo tempore futuro, utinam docear docearis vel doceare doceatur, et pluraliter, utinam doceamur doceamini doceantur. Coniunctivo modo tempore praesenti* (g)*, cum docear, docearis vel doceare, doceatur, et pluraliter, cum doceamur docemini docentur. Eodem modo tempore praeterito inperfecto, cum docerer, docereris vel docerere doceretur, et pluraliter, doceremur doceremini docerentur. Eodem modo tempore praeterito perfecto, cum doctus sim sis sit, et plura-*

(a) *Cod. om.* futuro cum (b) *Cod.* tempus praesens (c) *Cod.* ꝑ de quod eli (d) Eodem - sunt] *Desunt in cod.* (e) *Cod. ead. m.* doce(ras)mini (f) *Cod. ead. m.* doce(ras)tor (g) *Cod. add.* non

liter, docti simus sitis sint, et ulteriore modo, cum doctus fuerim fueris fuerit, et pluraliter, docti fuerimus fueritis fuerint. Eodem modo tempore p. 72 *praeterito plusquam perfecto, cum doctus || essem esses esset, et pluraliter, docti essemus essetis essent, et ulteriori, cum doctus fuissem fuisses fuisset, et pluraliter, docti fuissemus fuissetis fuissent. Eodem modo tempore futuro, cum doctus ero eris erit, et pluraliter, docti erimus eritis erint, et ulteriore, cum doctus fuero fueris fuerit, et pluraliter, docti fuerimus fueritis fuerint. Infinito modo numeris et personis tempore praesenti, doceri, praeterito, doctum esse vel fuisse, futuro, doctum iri. Participia trahuntur a verbo passivo duo, praeteriti temporis et futuri, praeteriti, ut doctus, futuri, ut docturus.*

Lego, verbum activum indicativo modo dictum temporis praesentis numeri singularis figurae simplicis personae primae coniugationis tertiae correptae, quod declinabitur sic: lego legis legit, et pluraliter, legimus [a] legitis legunt. Eodem modo tempore praeterito inperfecto, legebam legebas legebat, et pluraliter, legebamus legebatis legebant. Eodem modo tempore praeterito perfecto, legi legisti legit, et pluraliter, legimus legistis legerunt vel legere. Eodem modo tempore praeterito plusquam perfecto, legeram legeras legerat, et pluraliter, legeramus legeratis legerant. Eodem modo tempore futuro, legam leges leget, et pluraliter, legemus legetis legent. Imperativo modo tempore praesenti ad secundam et tertiam personam, lege [b] legat, et pluraliter, legamus legite legant. Eodem modo tempore futuro, legito tu legito ille vel legat, et pluraliter, legamus legitote legant vel legunto sive leguntote. Optativo modo tempore praesenti et praeterito inperfecto, utinam legerem legeres legeret, et pluraliter, utinam legeremus legeretis legerent. Eodem modo tempore praeterito perfecto et plusquam perfecto, utinam legissem legisses legisset, et pluraliter, utimam legissemus legissetis legissent. Eodem modo tempore futuro, utinam legam legas legat, et pluraliter, utinam legamus legatis legant. Coniunctivo modo tempore praesenti, cum legam legas legat, et pluraliter, cum legamus legatis legant. Eodem modo tempore praeterito inperfecto, cum legerem legeres legeret, et pluraliter, cum legeremus legeretis legerent. Eodem modo tempore praeterito perfecto, cum legerim legeris legerit, et pluraliter, cum legerimus legeritis legerint. Eodem modo tempore praeterito et plusquam perfecto, cum legissem legisses legisset, et pluraliter, cum legissemus legissetis legissent. Eodem modo tempore futuro, cum legero legeris legerit, et pluraliter, cum legerimus legeritis legerint. Infinitivo modo numeris et personis tempore praesenti, legere, praeterito, legisse, futuro, lectum ire [c]. Verbo inpersonali tempore praesenti legitur, praeterito imperfecto, le-

---

(a) *Cod.* legimo (b) *Don. apud Keil addit* vel legas (c) *Don. apud Keil addit* vel lecturum esse

gebatur, praeterito perfecto, lectum est lectum fuit, praeterito plusquam perfecto, lectum erat lectum fuerat, futuro, *leget. Gerundi* vel participialia verba sunt haec: legendi legendo legendum lectum lectu. Participia trahuntur a verbo activo duo, praesentis temporis et futuri, praesentis, legens, futuri, lecturus.

Legor, verbum passivum indicativo modo dictum temporis praesentis numeri singularis figurae simplicis personae primae coniugationis tertiae correptae, quod declinabitur sic: legor legeris vel legere legitur, et pluraliter, legimur legimini leguntur. Eodem modo tempore praeterito inperfecto, legebar legebaris vel legebare legebatur, ‖ et pluraliter, legebamur lege- p. 73 bamini legebantur. Eodem modo tempore praeterito perfecto, lectus sum es est, [et pluraliter, lecti sumus estis sunt, et ulteriore, lectus fui fuisti fuit,][a] et pluraliter, lecti fuimus fuistis fuerunt vel fuere. Eodem modo tempore praeterito et plusquam perfecto, lectus eram eras erat, et pluraliter, lecti eramus eratis erant, et ulteriore, lectus fueram fueras fuerat, et pluraliter, lecti fueramus fueratis fuerant. Eodem modo tempore futuro, legar legeris vel legere legetur; et pluraliter, legemur legemini legentur. Imperativo modo tempore praesenti ad secundam et tertiam personam, legere[b] legatur, et pluraliter, legamur legimini legantur. Eodem modo tempore futuro, legetor legator, et pluraliter, legiminor leguntor. Optativo modo tempore praesenti et praeterito inperfecto, utinam legerer legereris vel legerere legeretur, et pluraliter, utinam legeremur legeremini legerentur. (*Eodem modo tempore futuro, docebor doceberis vel docebere docebitur, et pluraliter, docebimur docebimini docebuntur. Imperativo modo tempore praesenti ad secundam et tertiam personam, docere doceatur, et pluraliter, doceamur doceamini doceantur. Eodem modo tempore futuro, docetor doceatur, et pluraliter, doceamor doceminor doceantor. Optativo modo tempore praesenti et praeterito inperfecto, utinam docerer docereris vel docerere doceretur, et pluraliter, doceremur doceremini docerentur. Eodem modo tempore praeterito perfecto et plusquam perfecto, utinam doctus essem esses esset, et pluraliter, utinam docti essemus essetis essent, et ulteriori, utinam doctus fuissem fuisses fuisset, et pluraliter, utinam docti fuissemus fuissetis fuissent. Eodem modo tempore futuro, utinam docear docearis vel doceare doceatur, et pluraliter, utinam doceamur doceamini doceantur. Coniunctivo modo tempore praesenti, cum docear docearis vel doceare doceatur, et pluraliter, cum doceamur docemini docentur. Eodem modo tempore praeterito inperfecto, cum docerer docereris vel docerere doceretur, et pluraliter, doceremur doceremini docerentur. Eodem modo tempore praeterito per-*

(a) *Verba* et pluraliter - fuit *desunt in cod. cui omissioni omoeleuticae supplerimus.* (b) *Don. apud Keil addit* vel legaris

fecto, cum doctus sim sis sit, et pluraliter, cum docti simus sitis sint, et ulteriore modo, cum doctus fuerim fueris fuerit, et pluraliter, cum docti fuerimus fueritis fuerint) [a]. Eodem modo tempore praeterito plusquam perfecto, cum lectus essem esses esset, et pluraliter, cum lecti essemus essetis essent, et ulteriore, cum lectus fuissem fuisses fuisset, et pluraliter, cum lecti fuissemus fuissetis fuissent. Eodem modo tempore [futuro] [b], cum lectus ero eris erit, et pluraliter, cum lecti erimus eritis erint, et ulteriore modo cum lectus fuero fueris fuerit, et pluraliter, cum lecti fuerimus fueritis fuerint. Infinito modo numeris et personis tempore praesenti, legi, preterito, lectum esse, et ulteriore, lectum fuisse, futuro, lectum iri. Participia p. 74 trahuntur a verbo passivo | duo, praesentis temporis et futuri, praeteriti, lectus, futuri, legendum.

Activi verbi regulam neutrale verbum sequitur, passivi commune et deponens. *Inpersonalia sunt, ut sedetur curritur. Hoc inpersonale verbum fieri potest, ut sedeo sedes sedet, curro curris currit. Est et aliud genus inpersonalis verbi ex quo personale fieri non potest, ut tedet piget pudet, non facit enim tedeo tedet. Inpersonalia sunt quae non habent tertiam personam, sed adiectis pronominibus, ad personam adcommodantur. Dicimus enim, libet mihi libet tibi libet illi. Declinatio inpersonalis verbi, ex quo personale fieri non potest, modo indicativo tempore praesenti, pudet me te illum, et pluraliter, pudet nos vos illos. Praeterito inperfecto, pudebat me te illum, et pluraliter, pudebat nos vos illos. Praeterito perfecto, puduit me te illum, et pluraliter, puduit nos vos illos. Praeterito plusquam perfecto, puduerat me te illum, et pluraliter, puduerat nos vos illos. Eodem modo tempore futuro, pudebit me te illum, et pluraliter, pudebit nos vos illos. Imperativo modo tempore praesenti, pudeat me te illum, et pluraliter, pudeat nos vos illos. Modo optativo tempore praesenti, utinam puderet me te illum, et pluraliter, utinam puderet nos vos illos. Eodem modo praeterito perfecto et plusquam perfecto, utinam puduisset me te illum, et pluraliter, utinam puduisset nos vos illos. Eodem modo tempore futuro, utinam pudeat me te illum, et pluraliter, utinam pudeat nos vos illos. Coniunctivo modo tempore praesenti, cum pudeat me te illum, et pluraliter, cum pudeat nos vos illos. Praeterito inperfecto, cum puderet me te illum, et pluraliter, cum puderet nos vos illos. Praeterito perfecto, cum puduerit me te illum, et pluraliter, cum puduerit nos vos illos. Praeterito plusquam perfecto, cum puduisset me te illum, et pluraliter, cum puduisset nos vos illos. Eodem modo tempore futuro, cum puduerit me te illum, et pluraliter, cum puduerit nos vos illos. Infinito numeris et*

(c) Eodem modo - fuerint] *Mirum sane est, quod amanuensis neglegentia idem iam supradictum thema coniugationis hic rursus insertum occurrat.* (a) *Cod. om.* futuro

personis praesentis temporis, pudere, praeteriti, puduisse. Declinatio inpersonalis verbi de quo personale fieri potest modo indicativo tempore praesenti, itur a me a te ab illo, et pluraliter, itur a nobis a vobis ab illis. Praeterito inperfecto, ibatur a me a te ab illo, et pluraliter, ibatur a nobis a vobis ab illis. Praeterito perfecto, itum est a me a te ab illo, et pluraliter, itum est a nobis a vobis ab illis. Praeterito plusquam perfecto, itum erat a me a te ab illo, et pluraliter, itum erat a nobis a vobis ab illis, et ulteriore, itum fuerat a me a te ab illo, et pluraliter, itum fuerat a nobis a vobis ab illis. Eodem modo tempore futuro, ibitur a me a te ab illo, et pluraliter, ibitur a nobis a vobis ab illis. Modo imperativo tempore praesenti, eatur a me a te ab illo, et pluraliter, eatur a nobis a vobis ab illis. Modo optativo tempore praesenti, utinam iretur a me a te ab illo, et pluraliter, utinam iretur a nobis a vobis ab illis. Praeterito perfecto et plusquam perfecto, utinam itum esset a me a te ab illo, et pluraliter, utinam itum esset a nobis a vobis ab illis, et ulteriore, utinam itum fuisset | *a me a te ab illo, et pluraliter, utinam itum fuisset a nobis a vobis* p. 75 *ab illis. Eodem modo tempore futuro, utinam eatur a me a te ab illo, et pluraliter, utinam eatur a nobis a vobis ab illis. Modo coniunctivo tempore presenti, cum eatur a me, et pluraliter, cum eatur a nobis. Praeterito inperfecto, cum iretur a me, et pluraliter, cum iretur a nobis. Praeterito perfecto, cum itum sit a me, et pluraliter, cum itum sit a nobis. Plusquam perfecto, cum itum esset a me, et pluraliter, cum itum esset a nobis, et ulteriore, cum itum fuisset a me, et pluraliter, cum itum fuisset a nobis. Eodem modo tempore futuro, cum itum erit a me a te ab illo, et pluraliter, cum itum erit a nobis a vobis ab illis. Haec verba tribus casibus serviunt, accusativo, ut pudet me te illum, ablativo, ut itur a me a te ab illo, dativo, ut licet mihi tibi illi.*

Incipit de adverbio [a].

Quid est adverbium? Pars orationis, quae adiecta verbo significationem eius explanat atque implet.

Adverbio quot accidunt? [b] Tria.

Quae? Significatio, conparatio, figura.

Significatio adverbiorum in quo est? Quia sunt aut loci adverbia aut temporis aut numeri aut negandi aut adfirmandi aut demonstrandi aut optandi aut hortandi aut ordinis aut interrogandi aut similitudinis aut qualitatis aut quantitatis aut dubitandi aut personalia aut vocandi aut

(a) *Cod.* De adverbium *quod eadem fortasse manus corr.* (b) *Cod.* accedunt

respondendi aut separandi aut iurandi aut eligendi aut congregandi aut prohibendi aut eventus aut conparandi.

Da adverbium[a] loci. Ut hic vel ibi, intus vel foris, illuc vel inde.

Da temporis. Ut *nuper cras*[b] aliquando; numeri, ut semel bis *ter*; negandi, ut non; adfirmandi, ut etiam *quidni*[c]; demonstrandi, ut en ecce; optandi, ut utinam; hortandi, ut eia; ordinis, ut deinde; interrogandi, ut cur quot quare quamobrem; similitudinis, ut quasi ceu; qualitatis, ut docte pulchre; quantitatis, ut multum parum *minimum*[d]; dubitandi, ut fortasse forsitan; personalia, ut mecum tecum secum nobiscum vobiscum; vocandi, ut heus; respondendi, ut heu; separandi, ut seorsum; iurandi, ut *vere veraciter*[e]; elegendi, ut potius immo; congregandi, ut simul una; prohibendi, ut ne; eventus, ut forte fortuitu; conparandi, ut magis vel tam.

Conparatio adverbiorum in quo est? In tribus gradibus conparationis, positivo, conparativo, superlativo.

Da adverbium positivi gradus. Ut docte, conparativi, ut doctius, superlativi, ut doctissime. Magis doctius et tam doctissime non *dicit*[f] quia magis et tam positivo gradui tantum *iunguntur*[g] licet veteres dixe-
p. 76 rint | tam magis et quam magis.

Figurae adverbiorum quot sunt? Duae.

Quae? Simplex et conposita; simplex, ut *quid vel* docte prudenter, conposita, ut *quicquid* indocte inprudenter.

Adverbia localia vel in loco sunt vel de loco vel ad locum; sed in loco et de loco eandem significationem habent, ut intus sum, intus *eo*[h], foris sum, foris venio; ad locum aliam significationem habent, ut intro eo, foras eo. De intus autem et de foris, sic non *dicitur*[i] quomodo *ad*[k] foras vel *inde*[l] foras, *quia adverbio*[m] *nulla praepositio praeponitur.*

Incipit de participio.

Participium quid est? Pars orationis partem capiens nominis, partem verbi; nominis genera et casus, verbi tempora et significationes, utriusque numerum et figuram.

Participio quot accidunt?[n] Septem.

Quae? Genera et casus, tempora, forme, significationes, numerus, figura.

Genera participiorum quot sunt? IIII.

(a) *Don.* adverbia *Cod. vero Leidensis cum nostro.* (b) cras] *Don. addit* hodie *om.* cras *quam cod. M. et S. apud Keil retinent.* (c) quidni] *cum cod. M.: codd. L. S.* quinni (d) minimum] *cum M.* (e) veraciter] *Don.* ut edepol, ecastor, hercle, medius fidius. *Cod. L.* ut vere castor *omissis ceteris ut videtur Keilo.* (f) *Don.* dicimus *Cod. M.* dicitur (g) iunguntur] *cum M. Don.* iungitur (h) intus eo] *cum S. Don.* intus exeo (i) *Don.* dicimus (k) ad] *Don.* in (l) inde] *Don.* ad (m) *Cod.* adverbium (n) *Cod.* accedunt

Quae? Masculinum, ut hic lectus, femininum, ut haec lecta, neutrum ut hoc lectum, commune tribus generibus, ut hic et haec et hoc legens.

Casus participiorum quot sunt? Sex.

Qui? Nominativus, ut hic legens, Genetivus, ut huius legentis, Dativus, ut huic legenti, Accusativus, ut hunc legentem, Vocativus, ut o legens, Ablativus, ut ab hoc legente.

Tempora participiorum quot sunt? Tria.

Quae? Praesens, ut legens, praeteritum, ut lectus, futurum, ut lecturus legendus.

Significationes participiorum in quo sunt? Quia ab activo veniunt *duo participia, praesentis temporis et futuri, praesentis, ut legens, futuri, ut lecturum. A passivo duo, praesentis temporis et futuri, ut lectum legendum* [a]. A neutro duo, sicut ab activo, praesens et futurum, ut stans staturus. A deponenti tria, praesens praeteritum et futurum, ut *luctans luctatus luctaturus* [b]. A communi quattuor, praesens praeteritum et duo futura, ut criminans criminatus criminaturus criminandus.

Formae participiorum quot sunt? IIII.

Quae? Perfecta, ut legens, munda, ut lectus, frequentativa, ut lectitans, inchoativa, ut ferrescens.

Numeri participiorum quot sunt? Duo.

Qui? Singularis, ut hic legens, pluralis, ut hii legentes.

Figurae participiorum quot sunt? Duae.

Quae? Simplex, ut legens, conposita, ut relegens.

Da declinationem *participiorum* [c]. Legens, participium veniens a verbo activo temporis praesentis generis *communis* [d] numeri singularis figurae simplicis nominativi [e] et vocativi, quod declinabitur sic: Nominativo hic et haec et hoc legens, Genetivo huius legentis, Dativo huic legenti, Accusativo hunc et hanc legentem et hoc legens, Vocativo o legens, Ablativo ab hoc et ab hac legente | et ab hac legenti; et pluraliter, Nominativo hii p. 77 et hae legentes et haec legentia, Genetivo horum et harum legentium, Dativo his legentibus, Accusativo hos et has legentes et haec legentia, Vocativo o legentes et o legentia, Ablativo ab his legentibus.

Lecturus lectura lecturum, participia venientia a verbo activo temporis futuri generis masculini feminini et neutri numeri singularis figurae simplicis casus nominativi *quod declinabitur* [f] sic: Nominativo lecturus lectura lecturum, Genetivo lecturi lecturae lecturi, Dativo lecturo lecturae lecturo, Accusativo lecturum lecturam lecturum, Vocativo o lecture o lectura o lecturum, Ablativo ab hoc lecturo ab hac lectura ab hoc lecturo;

(a) duo participia - legendum] *Don.* duo participia veniunt, praesens et futurum, ut legens lecturus; a passivo duo, praeteritum et futurum, ut lectus legendus (b) luctans - luctaturus] *Don.* loquens, locutus, locuturus (c) *Don.* participii (d) *Don.* omnis (e) nominativi] *Don. add.* accusativi *quod cod. M. om.* (f) *Don.* quae declinabuntur

et pluraliter, Nominativo lecturi lecturae lectura, Genetivo lecturorum lecturarum lecturorum, Dativo lecturis lecturis lecturis, Accusativo lecturos lecturas lectura, Vocativo o lecturi o lecturae o lectura, Ablativo ab his lecturis ab his lecturis ab his lecturis.

Lectus lecta lectum, participia venientia a verbo passivo temporis praeteriti generis masculini feminini neutri numeri singularis[(a)] casus nominativi[(b)], *quod declinatur* sic: Nominativo lectus lecta lectum, Genetivo lecti lectae lecti, Dativo lecto lectae lecto, Accusativo lectum lectam lectum, Vocativo o lecte o lecta o lectum, Ablativo ab hoc lecto ab hac lecta ab hoc lecto; et pluraliter, Nominativo lecti lectae lecta, Genetivo lectorum lectarum lectorum, Dativo lectis lectis lectis, Accusativo lectos lectas lecta, Vocativo o lecti o lectae o lecta, Ablativo ab his lectis ab his lectis ab his lectis. Legendus legenda legendum, participia venientia a verbo passivo temporis futuri generis masculini feminini et neutri numeri singularis figurae simplicis casus nominativi[(c)], *quod declinatur* sic: Nominativo legendus legenda legendum, Genetivo legendi legendae legendi, Dativo legendo legendae legendo, Accusativo legendum legendam legendum, Vocativo o legende o legenda o legendum, Ablativo ab hoc legendo ab hac legenda ab hoc legendo; et pluraliter, Nominativo legendi legendae legenda, Genetivo legendorum legendarum legendorum, Dativo legendis legendis legendis, Accusativo legendos legendas legenda, Vocativo o legendi o legendae o legenda, Ablativo ab his legendis ab his legendis ab his legendis.

Incipit de coniunctione.

Quid est coniunctio? Pars orationis adnectens ordinansque sententiam.

Coniunctioni quot accidunt? Tria.

Quae? Potestas, ordo, figura.

Potestas coniunctionum quot species habet? Quinque.

Quas? Copulativas, disiunctivas, expletivas, causales, rationales.

Da copulativas. Et que at atque ac ast.

Da disiunctivas. Aut ve vel ne nec neque.

Da expletivas. Quidem equidem saltim videlicet quanquam quamvis quoque autem porro[(d)].

Da causales. Si etsi *etiam* etiamsi *ac si tametsi*[(e)] siquidem quando quandoquidem quin etiam quatenus sin seu sive *neve*[(f)] nam namque ni nisi

(a) singularis] *Don. add.* figurae simplicis (b) nominativi] *Don. add.* et vocativi; quae declinabuntur sic (c) nominativi] *Don. item add.* et vocativi; quae declinabuntur sic (d) porro] *Don. add.* porro autem tamen (e) tametsi] *Etiam cod. M. cum nostro.* (f) neve] *Occurrit etiam in cod. L., additum a secunda manu.*

si enim etenim ne sed interea quam ob rem praesertim item itemque ceterum alioquin praeterea.

Da rationales. Ita itaque enim *etenim* enimvero quia quapropter[a] quoniam[b] nam quidem quippe ergo ideo igitur ‖ scilicet *videlicet* idcirco p. 78
propterea.

Figurae coniunctionum quot sunt? Duae.

Quae? Simplex, ut nam, conposita, ut namque.

Ordo coniunctionum in quo est? Quia aut praepositivae sunt coniunctiones, ut ac ast, aut subiunctive, ut que *ve* autem, aut communes, ut et igitur ergo.

Incipit de praepositione[c].

Quid est praepositio? Pars orationis quae praeposita aliis partibus orationis significationem earum aut complet aut mutat aut minuit.

Praepositioni *quid accedit*?[d] Unum.

Quid? Casus tantum.

Quot? Duo.

Qui? Accusativus et ablativus.

Da praepositiones casus accusativi. Ad apud ante adversum cis citra circum circa contra erga extra inter intra iuxta ob pone per prope secundum post trans ultra praeter propter supra circiter usque *secus* penes.

Quomodo? Dicimus enim, ad patrem, apud villam, ante edes, adversum inimicos, cis Renum, citra forum, circum vicinos, circa templum, contra hostem, erga[e] propinquos, extra terminos, inter naves, intra moenia, infra tectum, iuxta macellum, ob augurium, pone tribunal, per parietem, prope fenestram, secundum fores, post tergum[f], praeter officium, propter rem *sive uxorem*, supra caelum, *circiter annos*[g], usque oceanum, *secus vos*[h], penes arbitros.

Quae ex his[i] *in loco esse significant? Ut apud.*

Quae ad locum? Ut ad. Dicimus enim, apud amicum sum, ad amicum eo.

Da praepositiones casus ablativi. A ab abs cum coram clam de e ex pro prae palam sine absque tenus.

Quomodo? Dicimus enim, a domo, ab homine, abs quolibet, cum exercitu, coram testibus, clam custodibus, de foro, e iure, ex praefectura, pro clientibus, prae timore, palam omnibus, sine labore, absque iniuria, tenus pube, quod nos dicimus pube tenus.

Da utriusque casus praepositiones. In sub super subter.

(a) *Cod.* qui qu̇ı appt (b) *Cod.* am̄ (c) *Cod.* De propositio (d) *Don.* quot accidunt (e) *Cod.* ergo (f) *Don. add.* trans ripam, ultra fines (g) c. annos] *Cum M.* (h) s. vos] *cum M.* (i) *Cod.* ab his *Quae sequuntur addita a Paulo occurrunt etiam in cod. M.*

Quando accusativo casui serviunt? Quando vel nos vel quoslibet ad locum ire isse ituros esse significamus.

Quando ablativo *casui servit*? Quando vel nos[a] vel quoslibet in loco esse fuisse futuros esse significamus. In accusativi casus[b] « itur in antiquam silvam ». In ablativi casus[c] « stans celsa in puppi ». Sub accusativi casus[d] ut « postesque sub ipsos nituntur gradibus ». Sub ablativi casus[e] « arma sub adversa posuit radiantia quercu ».

Super quam vim habet? Ubi locum significat, magis accusativo casui servit quam ablativo, ubi mentionem alicuius facimus, ablativo tantum, ut « multa super Priamo rogitans ». *Hoc est de Priamo*[f].

In quam vim habet? Etiam tum accusativo casui servit, cum significat contra, ut in adulterum, in desertorem.

Subter quam vim habet? Eandem quam superiores ad locum et in loco
p. 79 significantes. ‖

Quae praepositiones sunt quae dictionibus[g] serviunt, et separari non possunt? *Ut* di dis re se am con *o*.

Quomodo? Dicimus enim, diduco distraho recipio[h] secubo amplector congredior *omitto*.

Quae sunt quae coniungi[i] non possunt? Ut apud paenes.

Quae *et* coniunguntur et separantur? Reliquae omnes.

De interiectione.

Interiectio quid est? Pars orationis significans mentis affectum voce incondita.

Interiectioni quid accidit? Tantum significatio.

Significatio interiectionis in quo est? Quia aut laetitiam significamus, ut evax, aut dolorem, ut heu, aut admirationem, ut pape, aut metum, ut attat et si qua sunt similia.

Fine.

(a) Quando vel nos] *Cod.* Tunc nos (b) *Cod.* in accusativo casu (c) *Cod.* in ablativo casu (d) *Cod.* sub accusativo casu (e) *Cod.* sub ablativo casu (f) *Cod. M. add.* hoc est de Priamo et Hectore (g) *Cod.* adiectionibus (h) *Cod.* recupio (i) *Cod.* iungi

INDEX NOMINUM